6
2-b
21

6
2 E
42

6-2.b.21

~~H B 33~~

6-3.a.27

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
1. 10. C.

11
B
56

GRAMMATICÆ ARMENÆ LIBRI QVATTVOR

AVCTORE FRANCISCO RIVOLA CANONICO in Eccleſia Sancti Thomæ MEDIOLANI.



MEDIOLANI,

EX TYPOGRAPHIA COLLEGII AMBROSIANI.

Anno M. DC. XXIV.

1624. Die 6. Nouembris.

Imprimatur

Fr. Franciſcus Carenus Lector Theol. Vicarius Sanctæ Inquiſitionis Mediolani.

Fr. Aloyſius Bariola Auguſtinianus Conſultor S. Officij pro Illuſtriſs. D. Cardinali Archiep.

Vidit Saccus pro Excellentiſs. Senatu.

ILLVSTRISSIMO,
ET
REVERENDISSIMO
D. D.
FEDERICO
CARDINALI BORROMÆO
Mediol. Archiep.

Franciſcus Riuola Canonicus Mediol.
Felicitatem P.

IVSSV *olim tuo, Auſpicijſque tuis, Cardinalis Ampliſſime, Litteratorumque verè Princeps, prodijt in hanc lucem* DICTIONARIVM ARMENO-LATINVM; *in cuius editione promittebam ego Lingua-*

rum ſtudioſis Grammatica præcepta, quibus ipſi ad eiuſdem Linguæ ſtudium faciliorem ſibi viam, certioremque pararent. Nunc exoluo promiſſa, fructumque offero tibi laborum meorum. Sique laudis aliquid ineſt, et induſtriæ, id ipſum fateor, non aliunde, quàm à te vno ſuum initium, et incrementa omnia deſumpſiſſe. Habes igitur vtrumque Opus; et in vtroque Opere nihil eſt, quod admireris, præter illud fortaſſe vnum, quòd tua munificentiſſima manu excultum tuum hoc natale ſolum, tales iam proferre cœpit fructus, quales ipſamet Armeniorum tellus profert. Diù Eccleſiæ noſtræ Mediolanenſi, Litterariæque Reipblicæ ſeruet te incolumem Deus. Mediolani. Kal. Decembris M. DC. XXIV.

INDEX CAPITVM,

QVÆ

IN HOC VOLVMINE CONTINENTVR.

Libro Primo.

De Numero, Figura, Nomine, ac Valore Armenarum Litterarum Cap. I. fol. 1
De varia Characterum Armenorum forma. Cap. II. 4
De Litteris ու, alijſq. notis ſeruientibus litterarum loco Cap. III. 7
De prolatione, & ſono Armenarum Litterarum Cap. IV. 12
De ijs Litteris, quę magnam inter ſe habent affinitatem Cap. V. 13
De ijs Litteris, quæ inuicem interdum permutantur Cap. VI. 14
De conuenientia Armenarum Litterarum cum Latinis Cap. VII. 17
De diuiſione Litterarum Armenarum in Vocales,

les, Semiuocales, & Conſonantes Cap. VIII. 20
De Litteris Seruilibus Cap. IX. 25
De Litteris Affixis Cap. X. 27
De Litteris Quieſcentibus Cap. XI. 32
De Diphthongis Armenicis Cap. XII. 35
De modo ſcribendi Armeniorum Cap. XIII. 36
De combinatione Vocalium cum Conſonantibus Cap. XIV. 37
De Notis Numerorum Cap. XV. 40

Libro Secundo.

De ijs quæ accidunt Nomini: ac primo De Genere Nominum Cap. I. 41
De Caſibus Nominum Cap. II. 43
De Numeris Nominum Cap. III. 53
De Eliſione Vocalium Cap. IV. 55
De Mutatione Vocalium Cap. V. 60
De Mutatione Conſonantium Cap. VI. 63
Quot ſint Declinationum genera, & ſpecies: & vnde ſumenda ſit generica, ſpecificave ipſarum diſtinctio Cap. VII. 64
De prima Declinatione, eiuſque Speciebus Cap. VIII. 66
De Secunda Declinatione, eiuſque Speciebus Cap. IX. 72
De Tertia Declinatione, eiuſque Speciebus Cap. X. 78
De Nominibus Heteroclitis Cap. XI. 86
De Pronominibus Cap. XII. 95
De Nominibus Participialibus Cap. XIII. 139

Libro

INDEX.

Libro Tertio.

De ijs, quæ accidunt Verbo Cap. I. 143

De modo coniugandi Armeniorum Cap. II. 148

Vnde nam ſumenda ſit Generica, Specificave Coniugationum diſtinctio. Cap. III. 149

Quot ſunt Coniugationum ordines Cap. IV. 150

De primo Verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. V. 152

De Verbis Anomalis primæ Coniugationis Cap. VI. 165

De ſecundo Verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. VII. 183

Coniugatio Verbi ſubſtantiui 185

De Verbis Anomalis ſecundæ Coniugationis Cap. VIII. 201

De tertio Verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. IX. 217

De Verbis Anomalis tertiæ Coniugationis Cap. X. 230

De quarto verborum ordine, eiuſque ſpeciebus Cap. XI. 250

Libro Quarto.

De nonnullis dictionum Armenarum terminationibus Cap. I. 263

De Concordantijs nominis cum nomine, & nominis cum Verbo Cap. II. 271

De ſubſtitutione nominis ſubſtantiui pro adiectiuo Cap. III. 274

Quo-

Quomodo formentur nomina Priuatiua Cap. IV. fol. 257

Qua ratione fiant Comparatiua, & Superlatiua Cap. V. 281

De Syllabis Seruilibus Cap. VI. 279

De terminatione nominum Denominatiuorum Cap. VII. 281

De Formatione nominum Gentis, & Patriæ Cap. VIII. 282

De futuris Participialibus Cap. IX. 283

De varijs Aduerbiorum formis Cap. X. 285

Obſeruationes aliquot ad verba pertinentes Cap. XI. 286

De Abbreuiaturis Armeniorum Cap. XII. 290

Exercitamenta linguæ Cap. XIII. 293

GRAMMATICÆ ARMENÆ LIBER PRIMVS.

AVCTORE FRANCISCO RIVOLA.

De Numero, Figura, Nomine, ac Valore Armenarum Litterarum.

CAPVT I.

AGGREDIENTI mihi nunc primum Grammatica præcepta in Armenicam Linguam, quæ nullorum adhuc ſtudio exculta fuit, viſum eſt maxime conſentaneum ab

ipſiſmet primis eiuſdem Linguæ Elementis exordium ducere. Sunt enim illa totius Operis ſundamentum; debetque priùs Elementares litteras apprime dignoſcere quicumque vult Grammaticæ præceptis erudiri.

Armenorum igitur litteræ, quæ ab ipſis vniuerſali nomine գիր Chir nuncupantur, triginta & octo numero ſunt; quarum figuram, nomen,& valorem ſequens tabella indicabit.

FIGVRA	NOMEN		VALOR
ա	այբ	Ayp	A
բ	բեն	Pien	P
գ	գիմ	Chiem	Ch
դ	դայ	Ta	T
ե	եչ	Ieg	Ie
զ	զայ	Sſa	Sſ
է	է	E	E
ը	ըթ	Iet	Ie
թ	թօ	Tho	Th
ժ	ժէ	Sgie	Sg

ի

FIGVRA	NOMEN		VALOR
ի	ինի	Inï	I
լ	լիւն	Liun	L
խ	խէ	Hhe	Hh
ծ	ծայ	Za	Z
կ	կեն	Ghien	Gh
հ	հօ	Hö	H
ձ	ձայ	Zza	Zz
ղ	ղատ	Kat	K
ճ	ճէ	Ge	G
մ	մեն	Mien	M
յ	յի	I	I
ն	նու	Nu	N
շ	շայ	Scia	Sc
ո	ոյ	Vua	V
չ	չայ	Ccià	Cc
պ	պէ	Be	B
ջ	ջէ	Gge	Gg
ռ	ռայ	Rra	Rr
ս	սէ	Se	S
վ	վէվ	Vieu	V
տ	տիւն	Diun	D
ր	րէ	Ere	R

FIGVRA	NOMEN		VALOR
ց	ցօ	Zzo	Zz
ւ	հիւն	Hiun	V
փ	փիւր	Ppiur	Pp
ք	քէ	Che	Ch
և	եւ	Ieu	Eu
ֆ	ֆէ	Fe	F

De varia characterum Armenorum forma.

CAPVT II.

TRIPLICI gaudent Armeni Characterum forma; quorum prima vocatur բոլորգիր Poluerchir, Orbicularis nempe littera, ſeu rotunda, cuius figura deſcripta iam eſt in præcedenti tabula. Secunda dicitur նօտրգիր Noderchir, ideſt, Notariorum littera, quo nomine Expeditiores litteræ intelliguntur, quas Currentes vocant. Tertia demum, & vltima appellatur երկաթագիր Erghathachir, Ferrea ſcilicet

cet

cet littera, per quam deſignantur Maiuſcu-læ litteræ, quæ ferri inſtar durant magis, difficiliùſquè obliterantur.

Quoniam verò maiuſculę litterę apponi conſueuernnt in principijs Capitum, ſeu Scripturarum, vocantur propterea alio nomine գլխագիր Chelhhachir, ideſt capitalis littera. Rurſus eędem quia delineantur interdum vario florum apparatu, appellantur etiam Ծաղկագիր Zakghachir, florens nimirum littera. Quin etiam vocantur interdum գազանագիր Chaſſanachir, ideſt belluina littera, quia nimirum ſub varijs belluarum, & volatilium figuris repræſentantur.

Diſtinctis hac ratione Characterum Armenorum formis, proponenda nunc ſunt exemplaria litterarum Maiuſcularum, & expeditiorum, quandoquidem rotundarum, ſeu orbiculatium figura deſcripta iam fuit in ſuperiori Capite.

Litte-

Litterę Maiuſculæ, & expeditiores.

FIGVRA	NOMEN	FIGVRA	NOMEN
Ա ա	Ayp	Մ մ	Mièn
Բ բ	Pièn	Յ յ	I
Գ գ	Chièm	Ն ն	Nu
Դ դ	Ta	Շ շ	Scià
Ե ե	Ieg	Ո ո	Vva
Զ զ	Sſa	Չ չ	Ccià
Է է	E	Պ պ	Bè
Ը ը	Iet	Ջ ջ	Ggè
Թ թ	Tho	Ռ ռ	Rra
Ժ ժ	Sgiè	Ս ս	Sè
Ի ի	Inì	Վ վ	Vieu
Լ լ	Liùn	Տ տ	Diùn
Խ խ	Hhè	Ր ր	Erè
Ծ ծ	Za	Ց ց	Zzò
Կ կ	Ghièn	Ւ ւ	Hiùn
Հ հ	Hò	Փ փ	Ppiùr
Ձ ձ	Zza	Ք ք	Che
Ղ ղ	Kat	և	Ieu
Ճ ճ	Gè	Ֆ ֆ	Fe

De

De Litteris ɯ, alijſque notis ſeruientibus litterarum loco, ſeu dictionum.

CAPVT III.

PRÆTER has triginta & octo Litteras, in quarum deſcriptione hactenus verſati ſumus, reperiuntur paſsim in libris impreſsis, vel etiam manu exaratis notæ aliquæ, quarum cognitio valde neceſſaria eſt huius Linguæ ſtudioſis, nè in eas incidentes hæreant diutiùs, tamquam inter ſcopulos.

Ac primò omnium offerunt ſe ſe nobis litteræ ɯ inuicem copulatæ, quæ litteræ modò ſubeunt vices vocalis reſpondentis noſtræ vocali O, qua carent Armeni, ſicutì dicetur cùm de Vocalibus: modò verò habent vim dictionis Au. Adinuenerunt propterea Scriptores notas quaſdam, quę ſuperpoſitæ duabus hiſce litteris, admonent, & docent lectorem, quando nam per

O pro-

O pronunciandæ illæ ſint, quandonam verò per Au: Si enim illis ſuperaddatur paruum o, hoc modo ա̊ւ: vel duo puncta hac ratione ա̈ւ, ſonant O; ſonant verò Au, ſi ſuperaddatur hęc alia nota, in hunc modum աւ.

Verùm quia hæ notę non ſuperadduntur ſemper, ſed omittuntur vt plurimùm; proponam hoc loco regulas aliquas, ex quarum obſeruatione ſcire per ſe quilibet poterit, quando ſungantur officio vocalis O, quando verò dictionis Au.

Funguntur itaque officio dictionis Au, & per Au pronunciantur, quotieſcumque poſt illas ſequitur littera vocalis: exempla ſunt հաւատ Fides: խաւար Tenebræ: թագաւոր Rex; մեղաւոր Peccator: quorum prolatio erit, Hauad, Hhauar, Tacauuer, Mckauuer.

Eodem modo proferendæ ſunt, quotieſcumque contingunt in fine dictionis: Clarum id fit in his dictionibus, լաւ Bonus, ծարաւ Sitis: նստաւ Sedit: բարկացաւ Iratus

Iratus eſt; proferuntur enim in hunc modum, Lau, Zarau, Neſdau, Parghazzau. Quòd ſi comperiantur interdum in fine huiuſmodi dictionum litteræ ն, ս, ք, aliæve quælibet, quæ non ſint de eſſentia dictionis, ſed ſint affixæ, pronunciandæ vtique erunt dictiones illæ per Au, proinde ſi affixæ illę litterę non adeſſent; In his enim exempli gratia dictionibus, ցաւն Dolor, նաւն Nauis, լաւն Bonus, leges Zzàuen, Nàuen, Làuen, non verò Zzon, Non, Lon; Similiter in his alijs ցաւք Dolores, սակաւք Pauci, dices Zzauch, Saghauch, non verò Zzoch, Saghoch. Aduertendumq; eſt, haſce litteras աւ, quotieſcumque pronunciantur per Au, proferri in modum ſyllabæ vnius, non verò disiunctim, per modum duarum ſyllabarum.

Funguntur autem officio vocalis O, & per O pronunciantur hæ litteræ աւ, quotieſcumque poſt illas ſequitur littera conſonans, quæ re ipſa non ſit affixa, ſed ſit radicalis, & de eſſentia dictionis. Conſtat in his exemplis, հաւր Patris, մաւր Matris,

եղբաւր Fratris, աւծեալ Vnctus, աւրհնեալ Benedictus; quorum germana prolatio eſt Hor, Mor, Ekpor, Ozial, Orhnial.

Excipiuntur tamen pauca aliqua, quæ poſtpoſita etiam hiſce litteris conſonante pronunciantur per Au, vt աղաւնի Columba; Թաւթի Dauidis, in quibus legitur Akauni, Thauthi, non uerò Akoni, Thothi: Sicuti è contra extant etiam nonnullæ aliæ dictiones, in quibus, ſequente etiam alia uocali littera, pronunciantur per O, ut in hoc nomine Նաւէ Noemus, legitur ſiquidem Noè, non uerò Nauè.

Offert ſe nobis ſecundo loco nota, o, ſimilis in figura uocali O Latinorum, quam notam Theſeus Ambroſius inter Elementares litteras enumerat, conſtituitque propterea Armenorum litteras numero triginta nouem. Cæterùm illa, licet diſcrepet figura à litteris աւ, de quibus nunc ſermo fuit, valore tamen, & uirtute nihil diſcrepat ab ijſdem; poteſtque quælibet earum pro alia ſubſtitui, prout magis Scriptori libitum fuerit;

fuerit; Atque ideò ſi ipſam ſubſequatur lit-tera uocalis, ualebit Au; ſi uerò ſubſequatur littera conſonans, ualebit O latinum, prout dictum eſt de litteris աւ.

Reperitur tertiò nonnumquam inter legendum Ayp obuerſum cum lineola quadam ſuperpoſita hac ratione ա̃, qua nota ſciendum eſt ſuppleri uices nominis ամե-նայն Omnis.

Quòd ſi comperias aliquando huiuſmodi notam ν, ſcito per eam repræſentari nomen աշխարհն Mundus, Orbis.



De Prolatione, & ſono Armenarum Litterarum.

CAPVT IV.


DIFFICILE nimis, & arduum molirer opus, ſi veram, & perfectam Armenarum Litterarum prolationem, & ſonum in ſtudioſorum animis imprimere conarer. Sunt enim multæ earum, quæ cùm noſtris litteris exprimi nullo modo poſſint, & explicari, viuam potius Præceptoris vocem requirunt, quàm diligens, & accuratum Scriptoris ſtudium. Lubens igitur prætermittam tractationem hanc eó conſilio, nè dum exemplis, ac regulis illuſtrare id ipſum contendero; obſcuritatem potius in aliquorum animis pariam maiorem; idque vnum admonebo Lectorem, litteram խ, pronunciandam eſſe in gutture, proinde ac ח Hebræorum; litteram vero ղ in gutture ſimiliter ad imitationem غ Arabum proferri debere.

De

De ijs litteris, quæ magnam inter ſe habent ſimilitudinem.

CAPVT V.

PROPTER maximam nonnullarum litterarum inter ſe ſimilitudinem, & affinitatem, poſſet aliquis nouus adhuc in hac Lingua, & peregrinus, earum aliquam pro alia legendo pronunciare. Quod ne contingat, proponam hoc loco Tabellam, in qua eiuſmodi litteræ vna ex oppoſito alterius deſcribentur; qua inſpecta diligentiùs, nec titubabit legendo ſtudioſus, nec titubando turpiter prolabetur. Ea autem eſt huiuſmodi.



De

De ijs litteris, quæ inuicem interdum permutantur.

CAPVT VI.

QVONIAM ſonus, & valor quarumdam litterarum vel idem eſt cum ſono & valore aliarum, ſicuti demonſtratum eſt Capite primo, vel illi ſaltem valdè ſimilis; accidit proptereà ſæpiſſimè, vt earum vna ſubſtituatur pro altera, alteraquè alterius occupet locum. Adducam autem in prçſentia aliquas earum, quæ poterunt exempli loco deſeruire.

Litteræ ու ponuntur ſæpenumero pro uocali ո, & è contra; qua ratione dicuntur բուլոր & բոլոր Rotundus: խուրհիլ & խորհիլ Meditari: գլուխ & գլոխ Caput, & his ſimilia.

բ pro պ, & è contra; leges enim aliquando ամբ Nubes, cum բ, vt pſ. 76. 15; aliquando verò reperies ամպ cum պ, vt pſal. 77. 15: ſimiliter inuenies ըմբել, & ըմպել

ըմպել Bibere, variatis in inuicem բ, & պ, vt pſal. 35. 9. & 49. 13.

ք pro գ, & è contra; vt cum dicitur մա-գեաց Ouium, pſ. 64. 15: quod idem alibi legitur cum ք, մաքեաց, pſ. nempe 103. u. 6.

դ pro տ, & è contra; exempla ſunt, ըն-դրել, & ընտրել Seligere, quorum pri-mum legitur pſ. 88. 17; ſecundum verò pſ. 104. 25. : pſalmo etiam 82. 14. leges no-men անտառ Silua, cum տ; pſ. autem 95. u. 11. idem nomen reperies cum դ, hoc mo-do, անդառ.

զ pro ս, & è contra: pſ. enim 34. 12, & pſ. 64. 7. leges verbum զգենուլ, quod eſt Indui, veſtiri, cum littera զ; pſal. verò 92. 1, & 103. 2. idem verbum leges cum lit-tera ս hoc pacto, սգենուլ. Eandem litte-rarum varietatem obſeruare licet pſal. 44. 10. vbi nomen զգեստ Veſtimentum, repe-ries cum զ; cùm alibi pſ. 103. 6. reperiatur cum littera ս, hac ratione, սգեստ.

կ pro գ, & è contra; Exempla habes in

pſalmis,

pſalmis; præſertim pſ. 61. 10. vbi ցանկալ, quod eſt Concupiſcere, legitur cum կ; cum pſal. 83. 1. legatur cum գ, hoc modo, ցան-գալ: Eadem ratione leges paſſim խունկ, & խունգ Incenſum; ժառանկ, & ժառ-անգ Hæres, & ſimilia multa.

ձ pro ց, & è contra: Exempli gratia, pſ. 16. 3. reperies փորցել Probare, Tentare cum ց; quod idem verbum pſal. 77. 19. reperies cum ձ, in hunc modum, փորձել: quæ varietas frequentiſſima eſt in alijs etiam dictionibus.

Atque hęc dicta ſint de mutua litterarum inter ſe permutatione; ex quibus is fructus extabit, vt ſi quando in eiuſmodi dictiones inciderit aliquis, non ſtatim deſpondeat ille animo, deſperetque de aſſequenda Armenici ſtyli cognitione.

De

De Conuenientia Armenarum Litterarum cum Latinis.

CAPVT VII.

LICET ſuperuacanea fortaſſe videri poſſet alicui hæc Tractatio, propterea quòd Capite primo expreſſus iam fuerit litterarum omnium valor, & ſonus; ſciendum tamen eſt illi, aliud eſſe inueſtigare valorem, & ſonum litterarum, prout legendæ, & pronnnciandę illę ſunt; aliud perquirere, & indagare, quibus potiſſimùm Latinis litteris quælibet earum reſpondeat. Littera enim բ exempli gratia, habet valorem, & ſonum litteræ P, quia dicimus Pièn, non Bièn; re autem ipſa reſpondet noſtro B. E contra, littera պ habet valorem, & ſonum litteræ B, legimus ſiquidem Be, non Pe, ceterùm repræſentat noſtrum P. Similiter littera դ ſonat T noſtrum, & legendo profertur Ta, non Da; verùm refert litteram D. Rurſus littera տ ſonat D Latinorum; pronuncia-

tur namque Diùn, non Tiùn; atqui repræſentat noſtrum T, ſicuti planiùs conſtabit ex ijs, quæ mox dicentur, quæque ſuis exemplis dilucidabuntur.

Quoniam autem in perquirenda, inueſtigandaq; huiuſcemodi Conuenientia Armenarum litterarum cum Latinis, comparandiſque vtriſque alterutrùm, extant Lucubrationes ampliſſimæ Theſei Ambroſij, qui in ſua Introductione in Armenam linguam, id vnum ſpectaſſe videtur, vt oſtenderet, quænam Armenorum litteræ conuenirent cum Latinis, illisque reſponderent, quæ vè non; attingam ego breuiter quaſdam tantummodo ipſarum, quę plus difficultatis habere videntur, quibus obſeruatis, facilis erit ratio conuertendi Armena in Latinam linguam, Latinaque in Armenam. Eæ autem ſunt բ, գ, դ, զ, թ, կ, ղ, ջ, պ, տ, փ, ք, quæ ordine reſpondent hiſce noſtris, B, G, D, Z, Th, C, L, S, P, T Ph, Ch. Pro prima harum litterarum exempla erunt: բաբէլոն Babylon, բարդողիմէոս Bartholo-

tholomęus: pro ſecunda գաբրիէլ Gabriel, գրիգորիոս Gregorius: pro tertia դանիէլ Daniel, դաթան Dathan: pro quarta զաքարիայ Zacharias, զաւրաւբաբէլ Zorobabel: pro quinta թադէոս Thadęus, թովմաս Thomas: pro ſexta կիլիկեայ Cilicia, կային Cain: pro ſeptima ղուկաս Lucas, ղեւի Leui: pro octaua շուշան Suſanna, շաբաթուն Sabbathum: pro nona պետրոս Petrus, պաւղոս Paulus: pro decima տուբիայ Tobias: pro vndecima եփրեմ Ephrem: pro duodecima, & vltima միքայէլ Michael, մելքիսեդեկ Melchiſedech, & his ſimilia multa, quæ breuitati conſulens ſponte prætermitto.

Cęteras litteras, quę uel indubitatam habent cum latinis conuenientiam, vel prorſùs nullam, poterit vnuſquiſque ex citata Theſei Ambroſij Introductione colligere, vel ex ſe ipſo diligentiùs obſeruare.

De diuiſione Litterarum Armenarum in Vocales, Semiuocales, & Conſonantes.

CAPVT VIII.

OMISSA generali illa diuiſione, qua diuidi litteræ conſueuerunt iuxta varia, & diuerſa prolationis inſtrumenta, ſeu organa, diuidam primò Armenas Litteras in Vocales, Semiuocales, & Conſonantes, de quibus agetur in præſenti Capite; diuidam ſecundò in Seruiles, Affixas, & Quieſcentes, de quibus differetur in ſequentibus.

Vocales igitur ſunt ա, ե, ի, ո, quę quatuor hiſce Latinorum vocalibus a, e, i, u, reſpondent; Vocalem verò noſtræ vocali O reſpondentem quia non habent Armeni, efformant eam, copulando inuicem duas has litteras ու, appoſito deſuper o paruo, ſeu duobus punctis, prout fuſiùs dictum eſt ſupra, Capite tertio.

Atque

Atque hoc loco obſeruandum eſt primò, vocalem *ո* cùm præponitur litteræ *վ*, acquirere ſonum, & valorem noſtræ vocalis o, ſiue ſit in principio dictionis, ſiue medio, ſiue fine; Exempla ſunt *որովայն* Venter, *խոստովանիլ* Confiteri, quorum germana prolatio erit Vrouàn, Hhuſdouanìl.

Patet id ipſum in Ablatiuis inſtrumentalibus in *ով* deſinentibus, cuiuſmodi ſunt, *սրով* Gladio, ſeu cum gladio: *մարմնով* Corpore, ſeu cum corpore.

Conſtat inſuper in Gerundijs in *ով* itidem finientibus, cuius generis ſunt *սիրելով* Amando: *լալով* Flendo.

Obſeruandum eſt ſecundo loco, eandem vocalem *ո* ſortiri eũdem valorem, & ſonum vocalis o, quotieſcumque poſt illam ſequitur littera *ղ*, quę littera ſit finis dictionis, cuiuſmodi ſunt Participialia omnia actiua in *ող* deſinentia, vt *սիրող* Amans: *բարկացող* In iram concitans: *լալող* Flens. Dixi in fine dictionis, quia in initio, & medio, retinet proprium ſonum vocalis u, vt

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

çùm dicitur ողորմիլ Miſereri, ողել Vngere, in quib. legitur Vkurmìl, Vkièl, non Okurmìl, Okièl.

Semiuocales ſunt ե, ր, յ, վ, ւ; dicunturque ſemiuocales, quia imperfectæ ſunt, ſi cum vocalibus comparentur; ե ſiquidem non includit in ſe perfectum eum ſonum, quem includit vocalis է, licet interdum inuicem confundantur, ſed ſonat quid imperfectum, & medium inter i, & e, ſeu potiùs ſyllabam Ie. Similiter Littera ր ſolitariè poſita, nullius vocalis habet valorem, acquirit tamen valorem aliquem imperfectum ſimilem ex parte valori vocalis, e, ſi cum aliqua Conſonante coniungatur, ut accidit in his dictionibus, րնդ, րստ. Tertia Semiuocalis յ, aut quieſcit, vt infra dicetur, in Capite De Quieſcentibus, aut ſonat, i, valde lenem, & imperfectum, vt cùm dicitur այս, այն, այլ. Quarta Semiuocalis eſt վ, quæ & ipſa repræſentat, u, lenem admodum, ac remiſſum; poniturque ut plurimùm ante uocales; raró, aut nunquam ante Conſo-

nantes,

nantes, ante quas, ſi quando comperiatur, ſubintelligenda eſt ſemiuocalis ը; quæ ſemiuocalis ſubintelligenda etiam eſt vt plurimum inter duas conſonantes, ut in hiſce dictionibus պտող, Fructus, գնացք Greſſus, ննջել Dormire, մտանել Ingredi; quæ rectiùs ſcriberentur պըտող, գընացք ննընջել, մըտանել. Quinta demum, & ultima Semiuocalis eſt ւ, quæ per ſe poſita nihil propriè ſonat, ſonat tamen aliquid, ſi cum alia vocali coniungatur; coniuncta enim cum ա hoc modo աւ, facit Au, vel O, prout dictum eſt Capite Tertio; ſi coniungatur cum ե, facit Ieu; ſi cum ի, facit Iu, per attractionem vtrobiquè Semiuocalis ւ ad uocalem præcedentem; ſi demum coniungatur cum ո, facit u longum, ſeu potiùs u diphthongum, prout dicetur, Capite de Diphthongis. Contingit tamen aliquando, ut eadem Semiuocalis ւ per ſe poſita idem ſonet, quod ſonat uocalis ո affecta Semiuocali ւ, ut in his dictionibus, իւր Suus, թիւր Obliquus, & id genus alijs.

Cæteræ

Ceteræ omnes litteræ ſunt Conſonantes: circa quas illud vnum eſt notandum, poſſe omnes vſu venire in initio dictionis, præter has duas ր, & ւ, quæ nunquam reperiuntur in principio dictionum. Raro etiam reperies in capite dictionis litteram ռ, cui litteræ vt plurimùm præmittitur ſemiuocalis ը, vt in his dictionib. ըռատ Abundans, affluens: ըռամիկ Ruſticus; vel etiam littera Հ, ut in his alijs dictionibus, Հռոմ Roma: Հռաքէլ Rachel, ſicuti latiùs dicetur in Capite, De ſeruilibus litteris.

Aduertendumque eſt, penultimam Alphabeti litteram, quæ eſt և, eſſe compoſitam ex litteris ե, & ւ, quæ ſæpenumerò ſeruit loco particulæ coniunctiuæ Et.

De

De Litteris Seruilibus.

CAPVT IX.

SERVILES Litteras eas appello, quæ licet pertineant interdum ad eſſentiam, & ſubſtantiam verbi, ſeu nominis, famulantur tamen aliquando, & deſeruiunt, varijs fungentes muneribus.

Huiuſmodi primò ſunt Litteræ զ, & ց, quarum prima præfigi conſueuit Accuſatiuo, tamquam nota, & articulus ipſius; ſecunda verò apponi ſolet Datiuo, tamquam articulus, & nota eiuſdem, ſicuti dicetur Libro ſecundo, Capite ſecundo.

Eiuſmodi ſecundò ſunt vocalis ի, & ſemiuocalis յ, quæ ablatiuis nominum pręponuntur loco præpoſitionum, a, ab, de, in, de quibus etiam agetur in eodem Capite.

Quin etiam Seruiles nuncupari poſſunt ſemiuocales omnes, quę conſtituendis diphthongis deſeruiunt, de quibus ſuo loco.

Poteſt tertiò dici Seruilis littera ը, quæ

dictionibus ab *ռ* initium ſumentibus inſeruit, cuiuſmodi ſunt dictiones iſtæ, *րռամիկ* Ruſticus : *րռատ* Copioſus : *րռինջ* Toxiçum : *րռիժ* Vindicta : *րռուբ* Defrutum, & aliæ quamplurimę. Quo ęodem nomine ſeruilis nuncupari etiam poteſt littera *հ*, quę alijs dictionibus ab *ռ* pariter exordientibus famulatur ; vt conſtat in his nominibus, *հռութ* Ruth : *հռոմլոս* Romulus : *հռագուէլ* Raguel : *հռաբեկ* Rebecca, & alijs multis.

Neque ſolùm huiuſmodi dictionibus ab *ռ* exordientibus deſeruit dicta Semiuocalis *ր*, ſed inſeruit etiam litteris *զ*, *ղ*, *մ*, *ն*, *յ*, *ս*, quibus pręuia paſſim eſt ; vt enim optimè adnotauit Theſeus Ambroſius in ſupra citata Introductione, videtur hoc elementum promptum ſemper eſſe, & paratum vt pro voluntate ſcribentis deſeruiat, addique poſſit quibuſcunque dictionibus, ſicuti clariùs conſtabit legenti Armenios codices ; Raró reperies eam præuiam alijs Litteris.

De

De Litteris Affixis.

CAPVT X.

PER Affixas Litteras intelliguntur eæ Litteræ, quæ ſuperadduntur in fine dictionis, & eidem quodammodo affiguntur, ſiue ad denotandas perſonarum differentias, ſiue ad ornatum, ſiue in alium finem, vt mox dicetur.

Eiuſmodi eſt littera ն, quæ ſæpiſsimè reperitur addita quibuſcumque nominum caſibus, tam ſingularis numeri, quàm pluralis; cuius quidem litteræ proprium, & peculiare munus eſt, ſupplere vices particulæ Italicæ Il, ſeu litteræ L', vt cum dicitur Il tempo, L' hora; Id quod Arabes exprimunt per particulam ال dictioni præuiam, Perſæ per particulam ي Hebræi per litteram ה, quam vocant הידיעה. Exempla extant paſſim in pſalmis, vt cum dicitur, անաւրէնն Iniuſtus, pſalm. 35. u. primo: ոտն Pes, ibidem pſal. 35. u. duodecimo:

ամբարիշտոն Impius, pſ. 36. 9: Մեղաւորն Peccator, ibidem, u. 19: Թշնամոյն Inimici, pſ. 42. 8: Ծովուն Maris, pſ. 32. 5: բարձրելոյն Altiſſimo, pſ. 42. 18: Մեղաւորին Peccatori pſ. 49. 16: զարդարն Juſtum, pſ. 36. 16: զտունն Domum, pſal. 113. 20: յերկրին In terra, pſ. 55. 11: ի ձեռին In manu, pſ. 74. 7: յանզգամեն Ab inſipiente, pſ. 73. 21, & his ſimilia.

Neque ſolis nominibus affixa reperitur hæc littera, ſed inuenitur etiam ſuperaddiça in fine Verborum, vt cum dicitur ուր երն յովհաննէս Vbi erat Ioannes, Io. 1. եկն յամենայն Venit in omnes, &c.

Altera earum eſt littera ս, quæ et ipſa eandem vim, & munus habet, quod littera ն, de qua nunc ſermo fuit. Valetque inſuper ad conſtituendos obliquos caſus plurales nominum, accuſatiuum ſcilicet, & ablatiuum: Primi muneris exempla ſunt quæ ſequuntur: տնանկիս Pauperis, pſ. 108. 28; զաշխարհս Orbem, pſ. 9. 8; զմահիճս Lectum, pſ. 6. 6; զցաւս Dolorem, pſ. 7. 15.

7. 15; *զերկիրս* Terram, pſ. 113. 24; *զ-ժողովուրդս* Populum, pſal. 7. 8; *ի խոր-հուրդս* In meditatione, & huiuſmodi alia. Secundi muneris exempla ſunt huiuſmodi, *զանաւթս* Vaſa, pſ. 7. 13; *զերկինս* Cœlos, pſ. 8. 4; *զամենայն ծագս* Omnes terminos, pſ. 2. 8; *զանասունս* Iumenta, pſ. 35. 7; *զսուրբս* Sanctos, pſ. 36. 26; *զշաւ-իղս* Semitas, veſtigia, pſ. 42. 20; *զտան-ջանս* Flagella, tormenta, pſ. 39. 11; *զվ-կայութիւնս* Teſtimonia, pſ. 118, & alia infinita. Ablatiui ſimiliter exempla habemus nonnulla, *յանկողինս* In cubilibus, in ſtratis pſ. 4. u. 4. *յամպս* In nubibus pſ. 35. 6: *յեկեղեցիս* In Eccleſijs pſ. 67. 26. *յաւ-ուրս* In diebus pſal. 43. 2: *ի հեթանոսս* In gentibus, pſ. 9. 11.

Quòd ſi hæc eadem littera, *ս*, reperiatur quandoque ſuperaddita nominatiuo plurali, habet vim littera illa pronominis primæ perſonæ pluralis; vt cum dicitur pſal. 113. 26: *այլ կենդանիքս աւրհնե-սցուք զՏէր* Sed nos, qui viuimus, bene-

dicimus

dicimus Dominum.

Præter has duas litteras, de quib. mentio hactenus fuit, reperies aliquando litteram *դ* affixam dictioni; quę littera vim habet repræſentandi pronomen ſecundæ perſonæ ſingularis, vt cum dicitur, *արի առ զմանուկդ* Surge, accipe puerum tuum, Matth. 2, & ibidem *զանձն մանկանդ* Animam pueri tui; licet interdum cum huiuſmodi affixo coniungatur etiam pronomen ipſum; legi enim in quodam Miſſali manuſcripto *աջդ քո* Dextera tua; & alibi *միածինդ քո* Vnigenitus tuus.

Atque hæc littera non ſolùm affigitur Nomini; ſed affigitur etiam Verbis; cuius rei exempla ſunt quę ſequuntur, *Հայր մեր որ յերկինս դես* Pater noſter, qui in Cælis es, Matth. 1. 6, in Oratione Dominicali: *որ գալոցդես* Qui venturus es, pſ. 117. 24: *որ բնակեալդես* Qui habitas, ſeu qui habitans es, pſ. 122. 1: *որ Հով-եսդ իսրայէղի* Qui regis Iſrael, alibi in pſalmis: *վասն որոյ եկիրդ* Ad quid veniſti:

niſti : Matth. 26. որպէս հաւատացէրդ ſicut credidiſti Matth. 8 : էքդ անխմորք Eſtis azimi 1. Corinth. 5 ; ex quo vltimo loco colligere licet, coniungi etiam quandoque litteram դ cum numero plurali, habereq; vim interdum repręſentandi ſecundam perſonam pluralem. Aliquando etiam comperies affixam dictioni litteram տ ; verùm illa ſtat loco litteræ դ :



De

De Litteris Quieſcentibus.

CAPVT XI.

QVIESCENTES Litteræ dicuntur illæ, quæ licet dictionibus adſint, non leguntur tamen, nec proferuntur, proinde ſi non adeſſent. Eæ autem ſunt ը & յ, quarum prima quieſcit ſæpiſſimè in principio, & medio dictionis; Secunda verò in principio, medio, & fine.

Quieſcit igitur primò littera ը in principio dictionis, habetq; tunc vim tantummodo mouendi eam litteram, cui præfigitur, addendique ſpiritum quendam, vt faciliùs, & meliùs illa pronuncietur; quo nomine Seruilis etiam nuncupatur, prout dictum eſt Capite Nono. Patet id clariſſimè in his dictionibus, quæ ſequuntur, ըզ-կիսբն Initium, ըզկընի Poſt, ըսպիտակ Albus: ըսքանչելի Admirabilis, ըստանալ Poſſidere, &c. Quæ omnia æquè bene ſcriberentur omiſſa littera ը. Quòd autem

quieſ-

quieſcat in medio dictionis, præterquam quod colligi poteſt ex iam dictis, Capite octauo, vbi agitur de Semiuocali ը; colligitur etiam ex hiſce exemplis; ծընընդեան Natiuitatis, ſeu Partus; գալըստեան Aduentus; ժողովըրդեան Populi; գընըննել Examinare; նընջիլ Dormire; quæ aptè etiam ſcriberentur ſecluſa dicta Semiuocali ը, hoc modo, ծննդեան, գալստեան, ժողովրդեան, գննել ննջիլ.

Secunda quieſcens littera eſt Semiuocalis յ, quæ vt iam dictum eſt, quieſcit in principio, medio, & fine dictionis. In principio quidem quieſcit potiſſimùm ante vocales, dummodo illa non ſtet loco præpoſitionum, A, ab, de, in; quo in caſu ſeruilis nuncupatur, prout dictum eſt Capite nono: Exempla ſunt յակոբ Iacob, յովսէփ Ioſeph, յափեթ Iapheth, յուդայ Iudas, յիշել Reminiſci, յաղթել Vincere. Atq; hoc loco obſeruandum eſt, vocalem ի nunquam reperiri ante vocales, ſed ipſius loco adhiberi ſemiuocalem յ; ac proinde, ſi ſcri-

bendum ſit Armenico idiomate nomen aliquod proprium, quod incipiat à vocali, I, cui ſubſequatur alia littera vocalis, non adhibebitur vocalis *ի*, quam diximus reſpondere noſtræ vocali, i; ſed adhibebitur ſemiuocalis *յ*, vt patet in mox allatis exemplis nominum propriorum; eiuſque ſonus omnino quieſcet.

Quieſcit autem in medio, & fine dictionis eadem ſemiuocalis *յ* præcipuè poſt vocales *ա*, & *ո*; Verùm vtriuſque exempla proponere ſuperuacaneum arbitror, cùm frequentiſsimè occurrant legenti Armeniorum Libros. Non negauerim tamen, moueri aliquando in medio dictionis poſt vocalem *ա*, vt in his dictionib. *այժմ* Nunc, *այս* Hic, *այն* Ille, *այլ* Alius, *այոյ* Etiam; verùm ſonus illius maximè tenuis tunc erit, & exilis, ſicuti etiam innui Capite octauo, cum de Semiuocali *յ* ageretur.

De

De Diphthongis Armenicis.

CAPVT XII.

Ex combinatione Vocalium cum Semiuocalibus fiunt Diphthongi ſeptem, այ, աւ, եւ, իւ, ոյ, ով, ու, in quibus vides, vocales eſse ſemper præpoſitiuas, Semiuocales verò poſtpoſitiuas, excepta diphthongo եւ, quæ compoſita eſt ex duabus Semiuocalibus; in qua quidem diphthongo, Semiuocalis ե, præponitur, quia proximè accedit ad vocalem է, cum qua etiam aliquando confunditur.

De modo ſcribendi Armeniorum.

CAPVT XIII.

NON eam ſectantur ſcribendi rationem Armenij, quam ſequuntur Hebræi, Syri, Arabes, Perſæ, cæteriq; Orientales, qui omnes à dextera ad ſiniſtram verſùs ſuos ducunt characteres; verùm illi Latinorum more à ſiniſtra manu ſcribendi ſumentes initium, ad dexteram deueninnt.

Connectendarum etiam litterarum morem, qui viget potiſsimùm apud Arabes, & Perſas, reſpuunt Armeni, exceptis hiſce litteris, մ, nempe, quam ſæpè cum litteris ի, է, ե, կ, խ, ſociatam, aliquando verò cum ն perplexam reperies; & littera վ, quæ aliquando coniungitur cum է, ե, ի; idq; vt plurimùm contingit in manuſcriptis.

De Combinatione Conſonantium cum Vocalibus.

CAPVT XIV.

ILLVD eſt in more poſitum apud Armenos, vt non priùs tyrones ſuos ad Conſonantium cum Vocalibus combinationem admittant, quàm eos in Alphabeti cognitione optimè verſatos comprehendant.

Conſueuerunt itaque tabulam memoriæ mandandam proponere, quam præpoſtero ordine conſcriptam, præpoſtero etiam ordine ſciant recitare; ea aũt eſt huiuſmodi.

ա	բ	գ	դ	ե	զ	է	ը	թ	ժ	ի	լ	և
խ	ծ	կ	հ	ձ	ղ	ճ	մ	յ	ն	շ	ո	օ
չ	պ	ջ	ռ	ս	վ	տ	ր	ց	ւ	փ	ք	ֆ

Exinde verò ad litterarum combinationem admittunt, quò faciliùs, & promptiùs legendi facultatem acquirant; atque ob id ſequens proponitur tabella.

բա

P	բա	բե	բի	բաւ	բո
cK	գա	գէ	գի	գօ	գու
T	դա	դե	դի	դաւ	դո
Ss	զա	զե	զի	զօ	զու
t	թա	թէ	թի	թաւ	թո
Jg	ժա	ժե	ժի	ժօ	ժու
l	լա	լէ	լի	լաւ	լո
hh	խա	խէ	խի	խօ	խու
tz	ծա	ծէ	ծի	ծաւ	ծո
gh	կա	կե	կի	կօ	կու
h	հա	հէ	հի	հաւ	հո
zz	ձա	ձե	ձի	ձօ	ձու
K	ղա	ղէ	ղի	ղաւ	ղու
G	ճա	ճէ	ճի	ճօ	ճո
m	մա	մէ	մի	մաւ	մու
J	յա	յէ	յի	յօ	յո
N	նա	նէ	նի	նաւ	նու
Sc	շա	շէ	շի	շօ	շո
cc	չա	չէ	չի	չաւ	չու
b	պա	պէ	պի	պօ	պո
gg	ջա	ջէ	ջի	ջաւ	ջու
Rr	ռա	ռէ	ռի	ռօ	ռո
S	սա	սէ	սի	սաւ	սու

վա

վա	վէ	վի	վօ	վո	V
տա	տէ	տի	տաւ	տու	d
ցա	ցէ	ցի	ցօ	ցո	z
փա	փէ	փի	փաւ	փու	p.
քա	քէ	քի	քօ	քո	ch
ֆա	ֆէ	ֆի	ֆաւ	ֆու	F

Atque hinc colligere quilibet poteſt, quænam ſint eæ litterę, quę cum vocalibus copulari poſſunt, & coniungi, quæve non.

Colligere poteſt ſecundò, quænam litteræ in principio dictionis apponi poſſint, quæve non poſſint; qua in re recolendum illud eſt, quod dictum iam fuit Capite nono, & vndecimo; litteram nempe ր vſu venire in principio dictionis ante Conſonantes, licet non ante vocales.

De

De Notis Numerorum.

CAPVT XV.

DESIGNANT Armenij, ſicut, & Hebræi ſuos numeros, per Alphabeti litteras, eaſq; vt plurimùm ſignant deſuper lineola quadam, vt dignoſcantur Numeri loco deſeruire; ratio autem numerandi hæc eſt.

ա	բ	գ	դ	ե
1	2	3	4	5
զ	է	ը	թ	ժ
6	7	8	9	10
ի	լ	խ	ծ	կ
20	30	40	50	60
հ	ձ	ղ	ճ	մ
70	80	90	100	200
յ	ն	շ	ո	չ
300	400	500	600	700
պ	ջ	ռ	ս	վ
800	900	1000	2000	3000
տ	ր	ց	ւ	փ
4000	5000	6000	7000	8000
ք	ֆ			
9000	10000			

GRAM-

GRAMMATICÆ
A R M E N Æ
LIBER SECVNDVS.
D E
NOMINE, AC PRONOMINE.

De ijs, quæ accidunt Nomini, ac primò, De Genere Nominum.
CAPVT I.

NOMINI, quod ab Armenijs vocatur անուն, tria accidunt in vniuerſum, Genus, Caſus, Numerus: de Genere agetur hoc Capite, de Caſu, & Numero diſſeretur in ſequentibus.

Vnum dumtaxat reperitur Genus apud

Armenios, quod generi maſculino, & feminino Latinorum reſpondet: neque enim quemadmodum Latini, Hebræi, plurimique Orientalium, peculiares aliquas habent voces, ſeu Affixa, quæ reſpondeant nomini repræſentanti maſculinum genus, alias verò, quæ reſpondeant nomini repræſentanti femininum; ſed eædem voces aptè coniunguntur vtrique nominum generi abſque vlla prorſus differentia. Exempli gratia, in hoc nomine, Probus, proba, probum, ſi de viro ſermo ſit, dicent Latini, Probus vir, ſi autem ſermo ſit de muliere, dicent, Proba mulier; quod idem etiam ſeruatur apud Hebræos, dicent enim de homine איש טוב Vir probus, de muliere verò, אשה טובה Mulier proba; At verò Armenij æquè dicent de homine *բարի մարդ* Probus vir, & de muliere *բարի կին* Proba mulier, inuariato vtrobiq; adiectiuo nomine *բարի*; quod idem ſeruant etiam in Pronominibus, vt cum dicunt *հայր իմ* Pater meus, & *մայր իմ* Mater mea.

Exci-

Excipiuntur nonnullæ paucisſimę voces, ſeu nomina in ուհի deſinentia, quæ de feminis ſolummodo dicuntur; cuiuſmodi ſunt սրբուհի Sancta, վկայուհի Martyr, երանուհի Beata, & ſi quæ ſunt alia.

De Caſibus Nominum.

CAPVT II.

CASVS Nominum ſunt quinque tàm in ſingulari numero, quàm in Plurali, Nominatiuus ſcilicet, Genitiuus, Datiuus, Accuſatiuus, & Ablatiuus.

Datiuus ſiue ſingularis, ſiue pluralis cuiuſcumque declinationis idem ſemper eſt cum genitiuo: exempli gratia à nomine մեղաւոր Peccator, quod eſt ſecundæ ſpeciei, Declinationis ſecundæ, dices in genitiuo ſingulari մեղաւորի pſ. 33. 20, idemque dices in datiuo, pſ. 93. 11; in genitiuo autem plurali dices մեղաւորաց pſal. 1. 1, quod idem leges in datiuo, pſ. 74. 7.

Id verò adeò clarum eſt, vt non egeat pluſium exemplorum inductione.

Interdum fit, & formatur Datiuus per additionem litteræ *ց* ad nominatiuum, quæ littera præuia ſit nomini; ſi enim nomini *հայր* Pater, addas in principio litteram *ց*, hoc modo *ցհայր*, ſeruiet pro datiuo eiuſdem nominis: hinc formę illę dicendi *ցժողովուրդ* Populo, Turbæ: *ցնայ* Ei: *ցյիսուս* Ieſu: & huiuſmodi aliæ, quæ paſsim leguntur in libris Euangeliorũ: quod idem patet etiam ex loco illo pſalmi 109. 1. vbi legitur *ասաց տէր ցտէր* Dixit Dominus Domino; & ex illo pſal. 34. 2. vbi dicitur *ասայ ցանձն իմ* Dic animæ meæ, & ex alijs multis in libro Pſalmorum. Aduertendum tamen eſt, in numero plurali, quotieſcumque contingunt huiuſmodi datiui, mutari vltimam litteram *ք* formatiuam nominatiui pluralis in litteram, *ս*; ſi enim ab hiſce nominatiuis pluralibus *ծերք* Seniores, *դատաւորք* Iudices, *արդարք* Iuſti, formare velis huiuſmodi datiuos plurales;

non

nõ dices ցծերք, ցդաստաւորք, ցարդարք, ſed dices ցծերս, ցդաստաւորս, ցարդարս.

Atque hoc loco obſeruandum etiam eſt, dictam litteram ց, quam diximus eſſe conſtitutiuam Datiui, ſi quidem illa præcedat Nominatiuo, vt dictum eſt hactenus, præfigi etiam cuiuis dictioni, quæ ſequatur aduerbium temporis մինչև, ſiue dictio illa ſit nomen, vt cùm dicitur Matthæi 2. մինչև ցվախճանն Vſque ad obitum; ſiue ſit aduerbium, vt cùm dicitur Ioan. 2. պահեցեր զանուշ գինիդ մինչև ցայժմ Seruaſti bonum vinum vſque adhuc.

Accuſatiuus ſingularis idem eſt cum Nominatiuo, præpoſita tamen nomini littera զ, quæ eſt nota accuſatiui, ſeruitq; articuli loco: Exempla ſunt paſſim in pſalmis; ab ժողովուրդ enim fit accuſatiuus զժողովուրդ Populum, pſ. 57. 2: ab սիրտ deducitur Accuſatiuus զսիրտ Cor, pſ. 50. 18: ab պտուղ demum efficitur accuſatiuus զպտուղ Fructum pſal. 1. Hoc eodem modo formatur à nominatiuo plurali accuſatiuus plu-

ralis,

talis, uerùm vltima littera nominatiui, quæ eſt littera ք, mutatur in litteram, ս; Exempli gratia à nominatiuo plurali Ճանապարհք Viæ, deſumetur accuſatiuus pluralis զՃանապարհս Vias, pſal. 50. 14: ab թագաւորք, dices in accuſatiuo plurali զթագաւորս Reges, pſ. 67. 14: ab սիրտք formabis accuſatiuum pluralem զսիրտս Corda, pſal. 61. 9: ab թշնամիք demum, deduces accuſatiuum զթշնամիս Inimicos pſ. 77. 68; ſicuti etiam fuſiùs demonſtratum fuit Libro Primo, Capite vndecimo, cùm de Affixis Litteris ageretur.

Verùm antequam gradum faciam ad vlteriora, notanda ſunt hoc loco nonnulla circa litteram զ, quam dicimus eſſe notam Accuſatiui, quorum cognitio plurimùm proderit ad ſuperandas plurimas difficultates, quæ in ſtudioſorum animis poſſent exoriri.

Notandum igitur primò, reperiri ſæpènumero ſemiuocalem ր ante litteram զ, maximè ſi principium nominis in recto ſit littera

tera

tera conſonans; quo in caſu ſemiuocalis illa habet tantummodo vim mouendi litteram գ, vt faciliùs pronuncietur, ſicuti dictum eſt Capite vndecimo, Libro primo.

Notandum ſecundo, non ſemper præponi accuſatiuo litteram զ, præcipuè verò, ſi nomen ipſum incipiat à littera զ: hinc accuſatiui illi զողջակէզս Holocauſta, pſ. 49. 9: զաւրութիւն Virtutem, fortitudinem, pſ. 59. 13: զաւակ Semen, pſ. 88. 4: զէն Arma, pſ. 34. 2. Id ipſum euenit in alijs accuſatiuis, qui non habent in principio nominis litteram զ; exempla ſunt paſſim in pſalmis, vt cum dicitur, բերան ունին Os habent pſ. 113. 13: տուր մեզ աւգնութիւն da nobis auxilium, pſalm. 59. 12: ցուցեր ժողովրդեան խստութիւն Oſtendiſti populo dura, ibid. u. 3.

Notandum tertio, Contingere interdum vt ad vnum, idemque verbum referantur duo accuſatiui, & ambo afficiantur littera զ, ut cùm dicitur pſalm. 78. 7. մի յիշեր զմեղս մեր զառաջինս, ne memineris ini-

iniquitates noſtras antiquas; quò loco vides non ſolum primario nomini, ſed adiacenti etiam, ſeu adiectiuo addi litteram զ.

Notandum quarto, inueniri nonnũquam dictam litteram զ, præpoſitam genitiuo; verùm tunc ſubintelligitur accuſatiuus, qui in præcedentibus fuerit præmiſſus; Exemplum erit pſalm. 24. 6. vbi legitur զմեղս մանկութեան իմոյ, եւ զանգիտութեան իմոյ մի յիշեր, Delicta iuuentutis meæ, & ignorantiæ meæ (ſuple delicta) ne memineris.

Notandum quinto, Præponi etiam aliquando litteram զ Ablatiuo: tuncque littera զ vim habet aduerbij Aduerſùs, cõtrà, de, vt cùm dicitur մի խօսիք զաստուծոյ անիրաւութիւն Nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem pſal. 74. 5: չարախօսէին զինէն Obloquebantur de me, ſeu aduerſùm me pſ. 118. որ չարախօսէին զանձնէ իմմէ Qui obloquebantur aduerſùs animam meam pſalm. 70. 13. & 108. u. 18. տրտնջեսցեն զաստուծոյ Murmurabunt aduerſùs Deum pſal. 77. 20. տրտնջէին

զտանու-

զտանուտեառնէն Murmurabant aduerſus Patrem familiias Mat. 20. սկսաւ յս̃ ասել զժողովուրդն զյովհաննէ Cœpit Ieſus dicere turbæ de Ioanne, ibid. v. 11. Adde eſſe aliqua verba, quæ volunt poſt ſe ablatiuum cum præpoſitione զ, cuiuſmodi eſt verbum գոհանալ, vt cum dicitur գոհանամ զա̃յ Gratias ago Deo, in Miſſ. գոհանայր զտեառնէ Gratias agebat Domino Luc. 2. գոհանամք զքեն Gratias agimus tibi, in Symbolo.

Notādū ſextò, Prȩmitti aliquoties eādem litteram զ infinitiuis verborum: atqui tunc infinitiuus ſuplet vicē nominis, & nominis induit naturā, vt cum dicitur pſ. 101.8. զըմպելս իմ Bibere meū, ideſt potum meum.

Notandum ſeptimò, Adhiberi etiam hanc litteram in principio nominis, ſeu dictionis, quȩ ſequatur particulam ſimilitudinis որպէս Tanquam, ſicut; exempla ſunt pſ. 71. 6. vbi dicitur իջցէ որպէս զանձրև Deſcēdet ſicut pluuia; & pſ. 72. 18. vbi legitur որպէս զանասուն համարեցայ Tāquā

iumentum reputatus ſum, &c.

Notandum octauò litteram զ præpoſitam accuſatiuo ſeruire aliquando ad denotandum tempus, ſeu temporis moram; vt cum dicitur զա̃մ գիշերս աշխատեցաք Per totam noctem laborauimus, Luc. 5. զերիս ամս, և զվեց ամիս Per tres annos, & ſex menſes Iac. 5. ել եալ զերրորդ ժամու Eggreſſus circa tertiam horam, Math. 20.

Notandum nonò, Apponi interdum eandem litteram ante aduerbia: verùm tunc ſubintelligitur accuſatiuus, qui in præcedentibus fuerit præmiſſus; vt cum dicitur pſ. 39. 8. զողջակէզս, և զվասն մեղացն Holocauſta, & pro delictis, ſuple; & holocauſta, quæ pro delictis;

Ablatiuus ſiue ſingularis, ſiue pluralis, duobus modis poteſt conſiderari, vel prout adiunctas habet præpoſitiones ի, vel յ ſignificantes In; vel prout adiunctas habet eaſdem ſignificantes A, vel Ab, vel De. Si primo modo conſideretur ablatiuus,

ſc-

ſequitur vt plurimùm ablatiuus ſingularis terminationem genitiui, pluralis verò terminationem accuſatiui; Exempla pro ablatiuo ſingulari ſunt *ի տան* In domo, pſ. 54. 12. *յանուան* In nomine, pſ. 42. 7. *ի նանրութեան* In vanitate pſ. 51. 6. *յողորմութ̄ե* In miſericordia pſ. 58. 19. *ի սրտի* In corde pſ. 52. 1. *ի խորանի* In tabernaculo pſ. 26. 6., & his ſimilia infinita, quorum omnium terminatio eadem eſt cùm terminatione genitiui; quod idem ſeruatur etiam vbi contingit adiunctam habere particulam *ընդ* Cum. Exempla pro ablatiuo plurali ſunt *ի հեթանոսս* In gentibus 9. 11. *յամպս* In nubibus pſ. 35. 6. *ի եկեղեցիս* In Eccleſijs pſ. 67. 26. *յանկողինս* In cubilibus pſ. 4. 4. & huiuſmodi alia, quæ accuſatiuorum terminationem ſequuntur.

Si verò ſecundo modo conſideretur Ablatiuus, prout ſcilicet coniunctas habet præpoſitiones *ի* vel *յ* ſignificantes A, vel Ab, vel De, terminatur vt plurimùm Abla-

tiuus ſingularis in *ե*, vt *յ անուանէ* à nomine pſ. 101. 14. *ի ժողովրդենէ* De populo pſ. 113. 1. *ի բազմութենէ* à multitudine pſ. 63. 2. *ի մանկութենէ* à iuuentute pſ. 70. 5. *ի ցանկութենէ* à deſiderio pſ. 77. 30. *յձայնէ* à voce pſ. 42. 18. *ի ծառայէ* à ſeruo pſ. 26. 10. *ի մահուանէ* de morte pſ. 32. 16., & his ſimilia. Dixi vt plurimùm, quia ſunt aliqua tertiæ declinationis, quæ in huiuſmodi ablatiuis ſequuntur inflexionem genitiui, vt cum dicitur *իհողոյ* à puluere pſ. 11. 16. *ի բերանոյ* de ore pſ. 21. 21. *ի կաւոյ* de luto pſ. 39. 2. Pluralis verò ablatiuus ſic conſideratus, ſequitur terminationem genitiui pluralis: Exempla ſunt *յ երկնից* de Cælis pſ. 32. 11. *իճանապարհացն* à vijs pſ. 2. 12. *ի մեղաց* à peccatis pſ. 18. 13. *ի առիւծոց* à leonibus pſ. 34. 16. *ի գետոց* à fluminibus pſ. 71. 8. *ի խորհրդոց* à conſilijs pſ. 5. 10.

De Numeris Nominum.

CAPVT III.

NVMERVS, qui ab Armenijs թիւ dicitur, duplex eſt in nominibus, alter qui dicitur միութեան Vnitatis, ſeu միաւոր, nempe ſingularis; alter verò, qui dicitur բազմութեան Multitudinis, ſeu Pluralis, qui & շատ nuncupatur. Verùm non omnia nomina vtrumque Numerum admittunt; aliqua enim ipſorum vſu veniunt in ſingulari tantùm, cuiuſmodi eſt երկիր Terra; alia verò tantummodo in plurali, cuiuſmodi ſunt երկինք Cœli, կեանք Vita, մեղք Peccatum, փառք gloria, կամք Voluntas, ժողովք Cætus, անդունդք Profundum, Abiſſus, & huiuſmodi.

Formatur autem, vt plurimùm Pluralis nominatiuus à nominatiuo ſingulari addito ք in fine; qua ratione ab hiſce nomi-

nibus

nibus գործ Opus, չար Malus, որդի Filius, թագաւոր Rex, Ճանապարհ Via, գրող Scriptor, սիրեալ Amatus, արդարութիւն Iuſtitia, fiunt plurales nominatiui գործք, չարք, որդիք, թագաւորք, Ճանապարհք, գրողք, սիրեալք, արդարութիւնք:

Dixi, vt plurimùm, ſunt enim aliæ etiam formæ Nominatiuorum pluralium; aliqui enim ipſorum deſinunt in անք, vt անուանք Nomina, ab ſingulari անուն: կողմանք Plagæ, latera ab կողմն: տէրանք Domini, ab տէր.

Alij deſinunt in երք, cuiuſmodi ſunt դստերք Filiæ, ab ſingulari դուստր, & ոսկերք Oſſa, à ſingulari ոսկոր.

Alij finiunt in ինք, vt անձինք Animæ, ab ſing. անձն: լերինք Montes, ab լեռ.

Alij demum terminantur in ունք, ut ատամունք Dentes, երիկամունք Renes, իրաւունք Iudicia, աղեղունք Arcus; պատերազմունք Prælia, թիկունք Scapulę,

&

& omnes nominatiui plurales nominum deſinentium in ſingulari in ութիւն, ut աւ-ծութիւնք Vnctiones, ab ſingulari աւծութիւն, & alia huiuſmodi.

De Eliſione Vocalium.

CAPVT IV.

ANTEQVAM ad Declinationes Nominum accedamus, pręmittenda primò ſunt quædam de Eliſione vocalium; Proponenda ſunt ſecundo loco nonnulla de earundem Vocalium mutatione: tertio, & ultimò obſeruanda ſunt aliqua de mutatione Conſonantium: horum enim omnium cognitio adeò neceſſaria eſt, vt ſi ea imprimis non habeatur, nec poſſimus aptè nomina inflectere, nec valeamus aſſequi multa, quæ alioquin ſatis clara eſſent, & aperta.

Sciendum itaque eſt, frequentiſſimam eſſe apud Armenios Eliſionem vocalium,

quæ quidem eliſio contingit ferè in obli-quis nominum caſibus vtriuſque numeri, præterquam in Accuſatiuo.

Vocalis ա Eliditur interdum in obliquis nominum, à nomine enim աստուած Deus, fit genitiuus ſingularis աստուծոյ, & pluralis աստուծոց, eliſa vtrobique vocali ա, quæ eſt penultima nominatiui: conſtat hoc idem in nomine ամառն Æſtas, a quo fit genitiuus ամռան; & in nomine երազ Inſomnium, cuius genitiuus eſt երզի; quod idem cernere eſt in omnibus genitiuis nominum participialium in եալ deſinentium, in quibus hæc eadem Eliſio contingit, ab սիրեալ enim fit genitiuus սիրելոյ amati, & ſic de cæteris.

Vocalis ի eliditur ſimiliter in obliquis nominum monoſyllaborum habentium in nominatiuo vocalem ի in medio dictionis: Exempli gratia a nomine սիրտ Cor, dices in genitiuo ſingulari սրտի pſ. 24. 14. & in plur. սրտից pſ. 4. 6. ab վիշտ Tribulatio, anguſtia, deduces genitiuum վշտի,

&

& in plurali *վշտաց* pſal. 114. 8. ab *միտ* Mens, formabis genitiuum *մտի*, & pluralem *մտաց*: Eodē modo ab *գին* Pretium *բիծ* Macula, deducentur obliqui *գնոյ* Pretij, pſ. 43. 14, & *բծոյ* Maculæ Apoc. 14.

Eadem eliſio dictæ vocalis *ի* contingit ſæpiſſimè in obliquis etiā caſibus aliorum nominum, quę non ſunt monoſyllaba, habentque in penultima nominatiui vocalem *ի*, cuiuſmodi ſunt ea, quæ in *իթ*, *իկ*, *ին*; *իչ*; *իր*, *ից* deſinunt; Exempla ſunt *Դաւիթ* Dauid, *մրրիկ* Tempeſtas, *մարմին* Corpus, *փրկիչ* Redemptor, Saluator; *ամիս* Menſis, *երկիր* Terra, *որսակից* Socius in venatione; quorum ablatiui ſunt *Դաւթի*, Dauidis, *մրրկի* Tempeſtatis, pſ. 80. 7: *մարմնոյ* Corporis, pſ. 37. 3: *փրկչի* Redemptoris, *ամսոյ* Menſis, *երկրի* Terræ, *որսակցի* Socij venationis; in quibus omnibus vides elidi vocalem *ի*. Atque hęc eadem eliſio ſeruatur in alijs etiam caſibus obliquis vtriuſque numeri, prout legenti Armenicos libros clariùs conſtabit.

Vocalis etiam *ո*, quæ in nominatiuo adiunctam habet ſemiuocalem *ւ*, deperit, & ipſa, ſeu eliditur in obliquis caſibus nonnullorum nominum monoſyllaborum, cuius generis ſunt *հուր* Ignis, *սուր* Gladius, *սուրբ* Sanctus, *գլուխ* Caput, *բրուտ* Figulus; quorum genitiui caſus ſunt, *հրոյ* Ignis, pſ. 28. 7, *սրոյ* Gladij, pſ. 62. 10, *սրբոյ* Sancti, pſ. 67. 24, *գլխոյ* Capitis, pſ. 3. 3, *բրտի* Figuli, pſ. 2. 9.

Deperit item, ſeu eliditur in obliquis caſibus aliquorum nominum, quę conſtant pluribus ſyllabis, ſicuti videre eſt in his nominibus *ժողովուրդ* Populus, à quo fit genit. ſingul. *ժողովրդեան*, & plur. *ժողովրդոց*, pſ. 32. 28, *խորհուրդ* Conſilium, meditatum, cuius genitiuus ſing. eſt, *խորհրդոյ*, & plur. *խորհրդոց*, pſ. 39. 7. *մանուկ* Puer, à quo formantur genitiui, *մանկան* Pueri, & *մանկանց* Puerorum, Mat. 2. Eodem modo ab *անդունդք* Abyſſus, Profundum, dices in genitiuo *անդնդոց* Abyſſi, pſ. 67. 21, ab *բազումք* Multi,

for

formabis genitiuum, & datiuum *բազմաց* Multorum vel multis pſ. 70. 7. ab *թռչունք* deduces genitiuum, & datiuū *թռչնոց* Volatilium, vel Volatilibus pſ. 78. 2. Huc ſpectant nomina in *ումն* deſinentia, à quibus fiunt genitiui in *ման*, eliſa vocali *ո*, cum ſua ſemiuocali *ւ*: Exempla ſunt *աւծումն* Vnctio, cuius genitiuus eſt *աւծման* Vnctionis; *բաժանումն* diuiſio, partitio, à quo fit genitiuus *բաժանման* diuiſionis, & ſic de cæteris huiuſmodi, quorum declinandi ratio conſtabit ex Exemplari tertio primæ ſpeciei, Declinationis primæ.

De Mutatione Vocalium.

CAPVT V.

TRANSEVNDVM nunc eſt ad Vocalium mutationem; ſit enim ſæpè, vt vocales non elidantur, ſed mutentur. Eiuſmodi eſt vocalis է, quæ in obliquis nominum, ſiue monoſyllaba illa ſint, ſiue plurium ſyllabarum mutatur in vocalem ի: Ab his enim exempli gratia nominibus ձէթ oleum, մէջ Medium, վէմ Petra, սէր Amor էշ Aſinus, quæ omnia monoſyllaba ſunt, deducentur genitiui ձիթոյ Olei pſal. 4. 7. միջոյ Medij pſ. 103. 12. վիմի Petræ pſ. 39. 3. սիրոյ Amoris pſ. 108. 3. իշոյ Aſini, mutata vbique vocali է in vocalem ի. Quòd idem contingit in alijs etiam dictionibus, quæ plures habent ſyllabas, cuiuſmodi ſunt ապաւէն Refugium, աւրէն Lex, անաւրէն Iniuſtus, ſeu ſine lege, à quibus fiunt geni-

Rurſus formantur interdum à prima perſona ſingulari præteriti temporis mutata vltima vocali in ող, vel in եալ.

Hæc autem regula ſeruatur primo in ijs Participialibus, quę manant à verbis deſinentibus in tertia ſingulari Præſentis in այ, & in tertia ſingulari Pręteriti in աց: hac ratione ab կարդացի Clamaui, կա-

ռաւացի

հաւատացի Credidi, գնացի Iui, fiunt participialia կարդացող Clamans, հաւատացող Credens, գնացող Vadens.

Seruatur ſecundò in ijs participialibus, quæ oriuntur ex verbis anomalis, quæ in tertia ſingulari præteriti aſſumunt vocalem ե in principio, ſiue ſint primæ Coniugationis, vt ելաց Fleuit, եբաց aperuit, եբարձ portauit, ſiue ſint Coniugationis tertiæ, vt ելից Impleuit: à primis enim horum præteritorum perſonis, quæ ſunt լացի, բացի, բարձի, լցի, fiunt participialia լացող Plangens, բացող aperiens, բարձող Portans, լցող Implens.

Seruatur tertiò in participialibus, quæ proueniunt à verbis deſinentibus in tertia ſingulari præſentis in նայ, vel in նու, & in tertia ſingulari præteriti in ցաւ, cuiuſmodi ſunt verba multa primæ, & quartæ Coniugationis. Exemplum pro verbis primæ Cõ ugationis erit բարկացող Succenſens, iraſcens: pro verbis verò quartæ

Con-

coniugationis exemplum erit *ընթերցող*, quæ ambo deducuntur à prima ſingulari perſona pręteriti, *բար-կացա* nimirùm, & *ըն-թերցա*, mutata vtrobique vltima vocali in *ող*. Et hæc de Participiali-bus dicta ſint.



GRAM-

GRAMMATICÆ
ARMENÆ
LIBER TERTIVS.
DE
VERBO.

De ijs, quæ accidunt Verbo.
CAPVT I.

QVATVOR accidunt Verbo, quod բայն vocant; Modus ſcilicet, Tempus, Perſona, Numerus. Modus eſt triplex, Indicatiuus, Imperatiuus, Infinitiuus. Tempus quadruplex eſt, Præſens, Præter tum imperfectum, Præteritum perfectum, & Futurum. Perſona triplex, Prima,

ma, Secunda, Tertia. Numerus duplex, ſingularis, & pluralis:

Circa Tempus, Perſonam, & Numerum nihil dicendum occurrit.

Circa modum Notandum, ſub temporibus modi illius, quem Indicatiuum appellamus, comprehendi eos etiam modos, qui apud Latinos vocantur Optatiuus, & ſubiunctiuus, ſi quidem addantur particulæ nonnullæ, ſicut etiam contingit apud Hebræos: ſi enim dictis temporibus addatur particula *աւղթէ* fit Optatiuus modus, vt cum dicitur *աւղթէ յաջողեալ էին* Vtinam directæ eſſent, Vtinam proſperarentur, pſal. 118. v. 5. Si verò addantur hæ particulæ *զի*, *կամ զի*, *ոչ զի*, *իբրև*, *քանզի*, fit ſubiunctiuus; Hinc formæ illæ dicendi *զի եղիցին բարի յոյժ* Vt eſſent ualdè bonę in Profeſſ. fid. fol. 2: *զի հարցցեն զնա* Vt interrogarent eum: *զի փրկեսցէ* Vt redimeret: *զի հաւատասցեն* Vt crederent: *զի կեցցուք*, ut uiuamus: *զի արժանի լիցուք*

Vt digni efficiamur : զի ծառայեսցուք Vt ſeruiamus ; & aliæ multæ; ex quibus colligitur, particulam զի additam futuro facere tempus Pręſens, & Imperfectum ſubiunctiui ; quod idem contingit additis particulis վասն զի : որպէս զի : & քանզի, vt cum dicitur վասն զի լուասցէ Vt lauaret, in Profeſſ. fid. fol. 3. վն զի փրկեսցէ Vt redimeret, ibid: որպէս զի երևեսցին Vt videantur ոչ զի լիցուք Vt ſimus: քանզի էր Cum eſſet: քանզի ծառայեսցուք Vt ſeruiamus; & ſimilia alia. Reſtat ſola particula իբրև, quæ addita prę̨terito repræſentat tempus pluſquam perfectum Latinorum ; exempla ſunt paſſim, vt իբրև լուաւ յովհաննէս Cum audiſſet Ioannes Matt. 11, իբրև գնացին Cum abijſſent Ibid. ի բրև ետես Cum vidiſſet : ի բրև կատարեցին Cum compleuiſſent Luc. 2. & his ſimilia.

Notandum ſecundò: Morem hunc eſſe apud Armenos, vt coniungant Infinitiuum

cum quibuſdam particulis, ex quarum cō-iunctione fit, vt varij gignantur dicendi modi perſimiles Gerundijs Latinorum; Ab infinitiuo enim գործել qui ſignificat operari, deducunt has dicendi formas, առ ի գործել Ad operandum: գործելով Operando: գործելոյ Operandi: ընդ գործել, vel ի գործել Cum operaretur. Et quod dico de infinitiuo huius verbi ſecundæ Coniugationis, intelligendum etiam eſt euenire in infinitiuis cæterarum Coniugationum; quorum verborum Exempla paſſim occurrunt legenti Armenicos codices.

Notandum tertiò, Coniungi ſæpe infinitiuum cum pronominibus, quod potiſſimum accidit infinitiuis illis, qui ante ſe habent præpoſitiones ընդ, vel ի; vt cū dicitur ի աղաչել իմ Dum orarem pſ. 63. u. 1 ի ցանկալ իմ dum deſiderarem pſ. 118. ընդ անցանել քո Dum pertranſires pſal. 67. u 8. ընդ ելանել քո Dum egredereris, ibidem.

Neque

Neque ſolum cum hiſce pronominibus primitiuis coniunguntur huiuſmodi infinitiui, ſed coniunguntur etiam cum pronominibus deriuatiuis: vt cum dicitur *ի զարմանալ իմում* Dum obſtupeſcerem pſal. 115. u. 2: *ի կարդալ իմում* Cum clamarem pſ. 2. u. 6. *ի տիրել իւրում* Cum dominaretur pſ. 9. u. 32. *ընդ վիճելն հացայ* Dum contenderent Luc. 24.

Notādum quartò, Multoties etiam coniungi eundem infinitiuum cum genitiuo; hinc formæ illę dicendi *ի ամբարտաւանել ամբարշտի* Dum ſuperbit impius pſ. 9. u. 21: *ի վաստակել սրտի* Dum anxiaretur cor, pſal. 60. u. 2. *ի նեղել թշնամեաց* Dum affligunt inimici, pſ. 41. u. 11: *ի պակասել զօրութե* Cum defecerit virtus, pſ. 70. u. 9. &c.

Notandum vltimò, Infinitiuos modos induere aliquando naturam nominum, vt cum dicitur *յետ յառնելոյն իմոյ* Poſt reſurectionem meam Matthęi 26.

De Modo coniugandi Armeniorum.

CAPVT II.

DIVERSVM à cæteris Orientalibus ordinem ſeruant Armenij in coniugando. Latinorum ſiquidem more à prima ſingulari Præſentis perſona coniugandi ſumunt initium, indeque ad ſecundam primò, mox ad tertiam ordine deueniunt. Nullum inſuper perſonarum diſcrimen admittunt, ſed eaſdem perſonas æquè maſculino, ac fœminino accomodant, ſicuti moris eſt etiam apud Latinos.

Vnde

Vnde nam ſumenda ſit Generica, Specificave Coniugationum diſtinctio.

CAPVT III.

Vt decernatur quot ſint apud Armenios Coniugationum genera, & ordines, ſtatuanturque ſingulares, & propriæ vniuſcuiuſque illarum ſpecies, duo ſunt obſeruanda diligenter: Terminatio nempe tertiæ perſonę ſingularis præſentis, à qua deſumitur generica Coniugationũ diſtinctio; Et terminatio tertię perſonę ſingularis prętetiti, à qua pendet ſpecifica earundem diuiſio. Quò fit, vt iuxta varias, & diuerſas terminationes tertiæ perſonæ ſingularis Præſentis, varij conſtituuntur Coniugationum Ordines: pro varietate verò terminationis tertię perſonę ſingularis Præteriti, variæ formentur Verborum ſpecies ſub quolibet Coniugationum genere.

Quot

De Modo coniugandi Armeniorum.

CAPVT II.

DIVERSVM à cæteris Orientalibus ordinem ſeruant Armenij in coniugando. Latinorum ſiquidem more à prima ſingulari Præſentis perſona coniugandi ſumunt initium, indeque ad ſecundam primò, mox ad tertiam ordine deueniunt. Nullum inſuper perſonarum diſcrimen admittunt, ſed eaſdem perſonas æquè maſculino, ac fœminino accomodant, ſicuti moris eſt etiam apud Latinos.

Vnde nam ſumenda ſit Generica, Specificave Coniugationum diſtinctio.

CAPVT III.

VT decernatur quot ſint apud Armenios Coniugationum genera, & ordines, ſtatuanturque ſingulares, & propriæ vniuſcuiuſque illarum ſpecies, duo ſunt obſeruanda diligenter: Terminatio nempe tertiæ perſonę ſingularis præſentis, à qua deſumitur generica Coniugationũ diſtinctio; Et terminatio tertię perſonę ſingularis prętcriti, à qua pendet ſpecifica earundem diuiſio. Quo fit, vt iuxta varias, & diuerſas terminationes tertiæ perſonæ ſingularis Præſentis, varij conſtituuntur Coniugationum Ordines: pro varietate verò terminationis tertię perſonę ſingularis Præteriti, variæ formentur Verborum ſpecies ſub quolibet Coniugationum genere.

Quot

Quot ſint coniugationum Ordines

CAPVT IV.

QVATVOR conſtituo in Armenica Lingua Coniugationum Genera, & Ordines, iuxta ea, quę dicta ſunt ſuperiori Capite.

PRimus ordo eſt eorum Verborum, quæ deſinunt in tertia ſingulari Pręſentis perſona in այ, cuiuſmodi ſunt հաւատայ Credit, ցնծայ Exultat, չորանայ Areſcit, դողայ Contremiſcit, բարձրանայ Extollitur, & id genus multa.

SEcundus ordo ea complectitur Verba, quorum tertia ſingularis Pręſentis perſona deſinit in ե, vtì ſunt սիրե Amat, մկրտե Baptizat, աւրհնե Benedicit, քննե Examinat, կացուցե Conſtituit, ուսուցե Docet, & ſimilia.

TErtius Ordo eorum eſt Verborum, quæ in tertia ſingulari Præſentis per-

perſona admittunt in fine vocalem ի, vt նստի Sedet, կամի Vult, խռովի Indignatur, ողորմի Miſeretur, միաւորի Vnitur, երեւի Apparet, խօսի Loquitur, հալի Diſſoluitur, խորհի Meditatur, & alia huiuſmodi multa.

QVartus, & vltimus Ordo ea continet verba, quę in tertia ſingulari Pręſentis deſinunt in ու, cuiuſmodi ſunt, առնու Accipit, զգենու Induitur, ընթեռնու Legit, թքանու Expuit, ջեռնու Calefit, թողու Dimittit, հարցու Interrogat, հեղու Effundit, յաւելու Adijcit, & alia id genus.

REperiuntur inſuper in vnoquoque ordine verborum, nonnulla verba, quorum Coniugandi ratio diuerſa eſt in multis à regula cæterorum, quę propterea Anomala cenſentur. Verùm illa deſcribentur in fine vniuſcuiuſque Coniugationis; ſique aliqua deerunt, erunt illa deinceps ſtudioſi diligentia, ac ſtudio compenſanda.

D E

De Primo Verborum Ordine, eiuſque Speciebus.

CAPUT V.

PRIMA igitur Coniugatio, vt ex iam dictis conſtat, ea complectitur verba; quæ deſinunt in tertia ſingulari Præſentis in այ, vt կայ ſtat pſal. 70 7; մնայ Manet, ibidem: յուսայ Sperat, pſ. 93. u. 14, & his ſimilia.

HVius primæ Coniugationis duæ ſunt Species, ſumendo ſpecificam coniugationum diſtinctionem, vt dictum eſt Capite tertio, à tertia perſona ſingulari Præteriti, quæ diuerſimode terminatur, & deſinit.

Aliqua enim Verba huius Cõiugationis deſinunt in tertia ſingulari præteriti in աց vti ſunt հաւատաց Credidit, pſ. 92. u. 5; դողաց Contremuit, pſ. 76. u. 16: գնաց Iuit, pſal. 1. մնաց Stetit: փութաց Accelera-

celerauit, & ſic conſtituitur prima Species.

Alia verò in eadem tertia perſona ſingulari Præteriti deſinunt in *ցաւ*, præcedente vt plurimùm vocali *ա*, vt *ցնծացաւ* Exultauit pſal. 12. u. 6. *յուսացաւ* Sperauit pſal. 51. u 6. *բարկացաւ* Succenſuit, pſal. 17. u. 8: *չորացաւ* Exaruit pſal. 101. u. 3., & ſic conſtituitur Secunda.

Quòd ſi quærat quis, quanam ratione cognoſci poſſint ea, quæ deſinunt in *աց*, quæue in *ցաւ*; Reſpondeo, cognitionem hanc diuturna obſeruatione eſſe comparandam; Interim tamen eſſe obſeruandum; Verba omnia, quæ in tertia pręſentis aſſumunt litteram *ն* ante *այ*, deſinere in tertia præteriti in *ցաւ*, mutata *ն* in *ց*, ſic ab *ուրախանայ* lætatur, fit præteritum ſingulare *ուրախացաւ* Lætatus eſt: ab *զաւրանայ* Corroboratur, fit *զա̊րացաւ* Roboratus eſt, pſal. 51. verſ. 6: ab *հիւանդանայ*

V Infir-

Infirmatur, fit *Հիւանդացաւ* Infirmatus eſt pſal. 67. u. 10. ab *մոռանայ* Obliuiſcitur; fit *մոռացաւ* Oblitus eſt, pſal. 9. verſ. 12.

Exem-

Exemplar verborum primæ Speciei, quę ſcilicet deſinunt in tertia ſingulari prȩſentis in այ, & in tertia ſing. præteriti in այց.

Præſens.

Հաւատամ	Crędo.
Հաւատաս	Crędis.
Հաւատայ	Cręd it.
Plur.	*Plur.*
Հաւատամք	Cręd imus.
Հաւատայք	Cręditis.
Հաւատան	Cręd unt.

Imperfectum.

Հաւատայի	Cręd ebam.
Հաւատայիր	Credebas.
Հաւատայր	Cręd ebat.

Plur.	*Plur.*
Հաւատայիաք	Credebamus.
Հաւատայիք	Credebatis.
Հաւատային	Credebant.

Præteritum.

Հաւատացի	Credidi.
Հաւատացեր	Credidiſti.
Հաւատաց	Credidit.

Plur.	*Plur.*
Հաւատացաք	Credidimus.
Հաւատացէք	Credidiſtis.
Հաւատացին	Crediderunt.

Futurum.

Հաւատացից	Credam.
Հաւատասցես	Credes.
Հաւատասցէ	Credet.

 Plur.

Plur.	*Plur.*
Հաւատասցուք	Credemus.
Հաւատասցէք	Credetis.
Հաւատասցեն	Credent.

Imperatiuus.

Հաւատայ	Crede.
Plur.	*Plur.*
Հաւատացէք	Credite.

Infinitiuus.

Հաւատալ	Credere.

Exem-

Exemplar verborum ſecundæ Speciei, quæ ſcilicet deſinunt in tertia præſentis in այ, & in tertia præteriti in ցաւ.

Præſens.

յուսամ	Spero.
յուսաս	Speras.
յուսայ	Sperat.
Plur.	*Plur.*
յուսամք	Speramus.
յուսայք	Speratis.
յուսան	Sperant.

Imperfectum.

յուսայի	Sperabam.
յուսայիր	Sperabas.
յուսայր	Sperabat.

Plur.

Plur.	*Plur.*
յուսայիաք	Sperabamus.
յուսայիք	Sperabatis.
յուսային	Sperabant.

Præteritum.

յուսացայ	Speraui.
յուսացար	Sperauiſti.
յուսացաւ.	Sperauit.
Plur.	*Plur.*
յուսացաք	Sperauimus.
յուսացարուք	Sperauiſtis.
յուսացան	Sperauerunt.

Futurum.

յուսացայց	Sperabo.
յուսասցիս, vel ե ցես	Sperabis.
յուսասցի	Sperabit.
	Plur.

Plur.	*Plur.*
յուսասցուք	Sperabimus.
յուսասջիք, vel ի ցիք	Sperabitis.
յուսասցին	Sperabunt.

Imperatiuus.

յուսայ	Spera.
Plur.	*Plur.*
յուսացարուք	Sperate.

Infinitiuus.

յուսալ	Sperare.

Quo-

QVONIAM verò innuimus iam ſupra, Verba ea, quæ in tertia ſingulari præſentis habent litteram ვ anre ს, illud idem deperdere in pręterito, mutato ვ in ჳ; placet huiuſcemodi etiam verborum exemplar ſubijcere, ex quo poterit vnuſquiſque compręhendere, eiuſmodi mutationem litterę ვ in litteram ჳ non contingere ſolùm in præterito, ſed etiam in futuro, quin etiam in participialibus, vt dictum iam eſt ſuperiori Libro: reliqua verò omnia inflecti debere, iuxta formam cæterorum Secundę Speciei.

 Aliud

Aliud Exemplar verborum ſecundæ Speciei, quæ in tertia Præſentis habent ն ante այ.

Præſens.

մոռանամ	Obliuiſcor.
մոռանաս	Obliuiſceris.
մոռանայ	Obliuiſcitur.
Plur.	*Plur.*
մոռանամք	Obliuiſcimur.
մոռանայք	Obliuiſcimini.
մոռանան	Obliuiſcuntur.

Imperfectum.

մոռանայի	Obliuiſcebar.
մոռանայիր	Obliuiſcebaris.
մոռանայր	Obliuiſcebatur.

Plur.	*Plur.*
մուռանայիաք	Obliuiſcebamur.
մոմուռանայիք	Obliuiſcebamini.
մուռանային	Obliuiſcebantur.

Perfectum.

մուռացայ	Oblitus ſum.
մուռացար	Oblitus es.
մուռացաւ	Oblitus eſt.

Plur.	*Plur.*
մուռացաք	Obliti ſumus.
մուռացարուք	Obliti eſtis.
մուռացան	Obliti ſunt.

Futurum.

մուռացայց	Obliuiſcar:
մուռասցիս, vel // ջիս	Obliuiſcèris.
մուռասցի	Obliuiſcetur.

Plur.	*Plur.*
մոռասցուք	Obliuiſcemur.
մոռասջիք	Obliuiſcemini.
մոռասցին	Obliuiſcentur.

Imperatiuus.

մոռայ	Obliuiſcere.

Infinitiuus.

մոռասցարուք	Obliuiſcimini.

Infinitiuus.

մոռանալ	Obliuiſci.

De Verbis Anomalis primæ Coniugationis.

CAPVT VI.

PROPOSITIS hac ratione exemplaribus pro vtraque huius primæ Coniugationis ſpeciei; Veniendum nunc eſt ad Irregularia verba, ſeu Anomala, quæ ſcilicet in Præterito, Futuro, & Imperatiuo variant à præſcripta in ſuperioribus exemplaribus regula, vel aſſumendo litteram ե in principio tertiæ perſonę ſingulis præteriti; vel immutando litteras radicales præſentis; vel earum aliquam, ſeu plures deperdendo. Adducemus autem hoc loco varia eorum exempla, tùm vt planior fiat via ad ſimilia alia inflectenda, tùm etiam ne quid deficiat ad perfectam, & abſolutam huius Coniugationis aſſequutionem.

Exem-

Exemplar verborum anomalorum primæ Coniugationis, quæ in principio tertiæ perſonę ſingul. Præteriti aſſu-munt litteram կ.

Præſens.

բանամ	Aperio.
բանաս	Aperis.
բանայ	Aperit.
Plur.	*Plur.*
բանամք	Aperimus.
բանայք	Aperitis.
բանան	Aperiunt.

Imperfectum.

բանայի	Aperiebam.
բանայիր	Aperiebas.
բանայր	Aperiebat.
	Plur.

Excm-

Plur.	*Plur.*
բանայիմք	Aperiebamus.
բանայիք	Aperiebatis.
բանային	Aperiebant.

Præteritum.

բացի	Aperui.
բացեր	Aperuiſti.
եբաց	Aperuit.

Plur.	*Plur.*
բացաք	Aperuimus.
բացէք	Aperuiſtis.
բացին	Aperuerunt.

Futurum.

բացից	Aperiam.
բացցես	Aperies.
բացցէ	Aperiet.

Plur.

Plur.	*Plur.*
բացցուք	Aperiemus.
բացցէք, vel բացջիք	Aperietis.
բացցեն	Aperient.

Imperatiuus.

բաց	Aperi.
Plur.	*Plur.*
բացէք	Aperite.

Infinitiuus.

բանալ	Aperire.

In hunc modum inflectuntur verba լայ flet, & կայ ſtat ժանայ, & ſi quæ ſunt huiuſmodi.

Aliud

Aliud exemplar eorumdem verborum annomalorum, quæ aſſumunt in capite tertiæ perſonę ſingularis Præteriti litteram ե, & inſuper mutant litteram Præſentis ռ, in ր, & litteram ց Præteriti, in ձ.

Præſens.

բառնամ Porto.
բառնաս Portas &c.
iuxta formam cæterorum.

Imperfectum.

բառնայի Portabam &c.
iuxta formam cæterorum.

Præteritum.

բարձի Portaui.
բարձեր Portauiſti.

եբարձ	Portauit.
Plur.	*Plur.*
բարձաք	Portauimus.
բարձէք	Portaſtis.
բարձին	Portauerunt.

Futurum.

բարձից	Portabo.
բարձցես	Portabis.
բարձցէ	Portabit.
Plur.	*Plur.*
բարձցուք	Portabimus.
բարձցէք	Portabitis.
բարձցեն	Portabunt.

Imperatiuus.

բարձ	Porta,
	Plur.

Plur. *Plur.*

բարձիք, vel բարձէք Portate.

Infinitiuus.

բառնալ Portare.

Exemplar Verborum primæ Coniugationis, quæ non aſſumunt quidem in initio tertię perſonæ ſingularis præteriti vocalem ե, deficiunt tamen in finc; & inſuper mutant litteram præſentis ռ in ր, & litteram ց præteriti in ձ.

Præſens.

համբառնամ Eleuo.
համբառնաս Eleuas &c.

Imperfectum.

Համբառնայի	Eleuabam &c.

Præteritum.

Համբարձի	Eleuaui.
Համբարձեր	Eleuaſti.
Համբարձ	Eleuauit.
Plur.	*Plur.*
Համբարձաք	Eleuauimus &c.

Futurum.

Համբարձից	Eleuabo.
Համբարձցես	Eleuabis &c.
Plur.	*Plur.*
Համբարձցուք	Eleuabimus &c.

Imp. Infinit. & Fut. iuxta for. ſup. verbi.

Atque

ATque hoc loco admonendus eſt huius linguę ſtudioſus, reperiri in hac prima Coniugatione verba nonnulla, quę ſub eodẽ themate vtrámq; admittunt ſignificationem, actiuã ſcilicet, & paſſiuam: quę quidem verba modo imitantur inflexionem verborum primę ſpeciei, ſeu exemplarium modo allatorum; modò verò imitãtur inflexionem ſecũdæ; primę quidem cùm ſignificationem habent actiuam; ſecundę verò cùm paſſiuã. Exempli gratia, verbum բանայ quatenus actiuum eſt, facit in præterito եբաց, & in futuro բացցէ; quatenus verò paſſiuũ eſt, facit բացաւ, & futurum բացցի: eodem modo ab բառնայ, & համբառնայ, prout ſignificationem habent actiuã, fiunt prętерita եբարձ, & համբարձ, Futura autẽ բարձցէ, & համբարձցէ; prout verò ſignificationem habent paſſiuam, formant præterita բարձաւ, & համբարձաւ; Futura autem, բարձցի, & համբարձցի.

Ex his colligere poteſt idem Linguarum ſtudio-

ſtudioſus ; Ea verba, quæ in tertia ſingulari Præſentis habent ռ immediate ante նայ, mutare in præterito ռ in ր, & ց in ձ: in futuro verò ռ ſimiliter in ր commutare, addita poſt ր litteга ձ. Quod vt clariùs eluceſcat, ſubijciam exemplar verbi դառնայ.

Præſens.

դառնամ	Redeo, Conuertor.
դառնաս	Redis.
դառնայ	Redit.

Plurale iuxtà regulam cæterorum.

Imperfectum.

դառնայի   Redibam &c.

Cætera ad imitationem aliorum.

Præ-

Præteritum.

դարձայ	Redij, Conuerſus (ſum.
դարձար	Redijſti.
դարձաւ	Redijt;

Plur.	*Plur.*
դարձաք	Rediuimus.
դարձարուք	Redijſtis.
դարձան	Redierunt.

Futurum.

դարձայց	Redibo, Conuertar.
դարձցիս vel դարձջիս	Redibis.
բարձցի	Redibit.

Plur.	*Plur.*
դարձցուք	Redibimus.
դարձջիք	Redibitis.
դարձցին	Redibunt.

Impe-

Imperatiuus.

դարձիր	Redi.
Plur.	*Plur.*
դարձարուք	Redite.

Infinitiuus.

դառնալ	Redire, cõuerti.

Coniugatio Verbi Anomali տայ.

Præſens.

տամ	Do.
տաս	Das.
տայ	Dat.

Impe-

Plur.	*Plur.*
տամք	Damus.
տայք	Datis.
տան	Dant.

Imperfectum.

տայի	Dabam.
տայիր	Dabas.
տայր	Dabat.

Plur.	*Plur.*
տայիաք	Dabamus.
տայիք	Dabatis.
տային	Dabant.

Præteritum.

ետու	Dedi.
ետուր	Dediſti.
ետ	Dedit.

Plur.	*Plur.*
տուայք	Dedimus.
տուէք	Dediſtis.
ետուն	Dederunt.

Futurum.

տաց	Dabo.
տացես	Dabis.
տացէ	Dabit.

Plur.	*Plur.*
տացուք	Dabimus.
տացէք	Dabitis.
տացեն	Dabunt.

Imperatiuus.

տուք	Da.

Plur.

Plur. *Plur.*

տուք Date.

Infinitiuus.

տալ Dare.

Appendix.

տուր Da: legi etiam տար, vt դարմանս տար դմայ Pabulum da huic, in Miſſ. manuſc. Luc. 10; qui modus vſurpatur potiſſimùm, vbi pręcedit particula prohibitiua մի Ne, vt cum dicitur մի տար ne des ibid. Iocl 2.

Pro plurali ponitur interdum տայք maximè, ſi præcedat eadem particula negatiua մի, vt մի տայք տեղի, ne detis locum &c. Eph. 4.

Ab hoc verbo formatur participiale actiuum տուող Dans, datur, & paſſiuum տուեալ Datus.

Coniugatio Verbi գայ:

Praſens.

գամ	Venio.
գաս	Venis.
գայ	Venit.
Plur.	*Plur.*
գամք	Venimus.
գայք	Venitis.
գան	Veniunt.

Imperfectum.

գայի	Veniebam.
գայիր	Veniebas.
գայր	Veniebat.
Plur.	*Plur.*
գայաք	Veniebamus.
գայիք	Veniebatis.

գային	Veniebant.

Præteritum.

եկի	Veni.
եկիր	Veniſti.
եկ	Venit.
Plur.	*Plur.*
եկաք	Venimus.
եկայք	Veniſtis.
եկին	Venerunt.

Futurum.

եկից	Veniam.
եկիցես	Venies.
եկեսցէ	Veniet.
Plur.	*Plur.*
եկեսցուք	Veniemus.

եկեսցէք	Venietis.
եկեսցեն	Venient.

Imperatiuus.

եկ	Veni.
Plur.	*Plur.*
եկայք	Venite.

Infinitiuus.

գալ	Venire.

Appendix.

եկեսցէ Veniet; Dicitur etiam գայցէ, Vt cum dicitur Luc. 14. զի յորժամ գայցէ որ կոչեացն զքեզ, Vt cum venerit, qui vocauit te, & in plur. գայցեն Venient ibid. Io. 11.

Ab hoc verbo fit գալոցեմ, գալոցես, գալոցէ Venturus ſum es, eſt &c.

De

De ſecundo Verborum Ordine, eiuſque Speciebus.

CAPVT VII.

SECVNDA Coniugatio ea continet Verba, quorum tertia ſingularis Præſentis terminatur in ե, vt գննե Examinat pſ. 10. u. 6. գործե Operatur, pſal. 14. u. 2. ժողովե Congregat, pſal. 28. u. 7. արհամարհե Spernit pſal. 50. u. 18: պահե Cuſtodit, pſal. 36. u. 26: ասե dicit, pſal. 35. u. 1. & alia id genus.

IN hac Coniugatione tres nobis ſeſe offerunt Verborum Species: Prima eſt eorum Verborum, quæ deſinunt in tertia perſona ſingulari præteriti in եաց; Cuiuſmodi ſunt սիրեաց Amauit, pſ. 46. u. 4: յիշեաց Recordatus eſt, pſ. 9. u. 12: ցրուեաց Diſperſit pſal. 17. u. 15: ծածկեաց Operuit, pſal. 26. u. 6. Et alia eiuſmodi.

Secunda

SEcunda Species eſt nonnullorum Verborum, quæ in tertia ſingulari Præteriti deſinunt in աց purum, quæ ſcilicet non habent ե ante աց, ſicuti habent verba primæ ſpeciei, vti ſunt ասաց Dixit pſal. 32. u. 7: գիտաց ſciuit pſal. 72. u. 10.

TErtia Species ea complectitur verba, quę formant tertiam perſonam ſingularē prętériti in ցոյց, vel ոյց, omiſſo primo ց: Exempla verborum primi generis ſunt խոնարհեցոյց Humiliauit, pſal. 74. u. 7. բարկացոյց, ad iram concitauit, pſal. 73. u. 17. յանցոյց Tranſmiſit, tranſire fecit, pſ. 77. u. 14; Exempla ſecundi generis ſunt հատոյց Retribuit pſ. 10. 2. իջոյց Demiſit, deſcendere fecit pſal. 77. u. 26, & alia multa.

VErùm antequam proponantur ſingularum Specierum exemplaria, præmittendam cenſeo Coniugationem verbi Subſtātiui եմ, ես, է Sū, es, eſt, etenim illius vſus valde frequens eſt, & familiaris eſt,

eſt, illudque imitantur cætera huius coniugationis verba.

Coniugatio Verbi Subſtantiui ɫſ, ɫu, ɫ.

Præſens.

ɫſ	Sum.
ɫu	Es.
ɫ	Eſt.

Plur.	*Plur.*
ɫſƥ	Sumus.
ɫƥ	Eſtis.
ɫɩ	Sunt.

Imperfectum.

ɫƒ	Eram.
ɫrr	Eras.
ɫr	Erat.

Plur. *Plur.*

Եաք	Eramus.
Եիք	Eratis.
Եին	Erant.

Preteritum.

Եղէ	Fui, vel factus ſum.
Եղեր	Fuiſti, vel factus es.
Եղև	Fuit, vel factus eſt.

Plur. *Plur.*

Եղաք	Fuimus, vel facti ſumus.
Եղէք	Fuiſtis, vel facti eſtis.
Եղեն	Fuerunt, vel facti ſunt.

Hoc Prǫteritũ mutuo accipitur à verbo Եղանիլ, quod ſignificat eſſe, vel fieri; de quo ſuo loco in tertia Coniugatione.

Futurum.

Իցեմ	Ero.

Իցես

իցես	Eris.
իցէ	Erit.
Plur.	*Plur.*
իցեմք	Erimus.
իցէք	Eritis.
իցեն	Erunt.

Imperatiuus.

լեր	Eſto.
Plur.	*Plur.*
լերուք	Eſtote.

Infinitiuus.

լինել	Eſſe.

Exemplar verborum primæ Speciei, quæ deſinunt in tertia ſingulari Pręſentis in է, & in tertia ſingulari Pręteriti in եաց.

Præſens.

աւրհնեմ	Benedico.
աւրհնես	Benedicis.
աւրհնէ	Benedicit.
Plur.	*Plur.*
աւրհնեմք	Benedicimus.
աւրհնէք	Benedicitis.
աւրհնեն	Benedicunt.

Imperfectum.

աւրհնէի	Benedicebam.
աւրհնէիր	Benedicebas.
աւրհնէր	Benedicebat.
	Plur.

Plur.	*Plur.*
աւրհնեաւք	Benedicebamus.
աւրհնէիք	Benedicebatis.
աւրհնէին	Benedicebant.

Præteritum.

աւրհնեցի	Benedixi.
աւրհնեցեր	Benedixiſti.
աւրհնեաց	Benedixit.

Plur.	*Plur.*
աւրհնեցաք	Benediximus.
աւրհնեցէք	Benedixiſtis.
աւրհնեցին	Benedixerunt.

Futurum.

աւրհնեցից	Benedicam.
աւրհնեսցես	Benedices.
աւրհնեսցէ	Benedicet.

Plur.

Plur.	*Plur.*
աւրհնեսցուք	Benedicemus.
աւրհնեսցէք	Benedicetis.
աւրհնեսցեն	Benedicent.

Imperatiuus.

աւրհնեայ	Benedic.
Plur.	*Plur.*
աւրհնեցէք	Benedicite.

Infinitiuus.

աւրհնել	Benedicere.

Exemplar verborum ſecundæ Speciei, quæ deſinunt in tertia ſingulari Pręſentis in ե, & in tertia ſingulari Pręteriti in աց purum.

Præ

Præſens.

ասեմ	Dico.
ասես	Dicis.
ասէ	Dicit.
Plur.	*Plur.*
ասեմք	Dicimus.
ասէք	Dicitis.
ասեն	Dicunt.

Imperfectum.

ասէի	Dicebam.
ասէիր	Dicebas.
ասէր	Dicebat.
Plur.	*Plur.*
ասէաք	Dicebamus.
ասէիք	Dicebatis.
ասէին	Dicebant.

Præ.

Præteritum.

ասացի	Dixi.
ասացեր	Dixiſti.
ասաց	Dixit.
Plur.	*Plur.*
ասացաք	Diximus.
ասացէք	Dixiſtis.
ասացին	Dixerunt.

Futurum.

ասացից, vel ասիցեմ	Dicam.
ասասջիս, vel ասիցես	Dices.
ասասցէ, vel ասիցէ	Dicet.
Plur.	*Plur.*
ասասցուք, vel ասիցեմք	Dicemus.
ասասջիք, vel ասիցէք	Dicetis.
ասասցեն, vel ասիցեն	Dicent.

Impe-

Imperatiuus.

ասայ	Dic.
Plur.	*Plur.*
ասացէք	Dicite.

Infinitiuus.

ասել	Dicere.

Hæc Coniugatio imitatur inflexionem verborum primæ ſpeciei, Coniugationis primæ, in præterito, & futuro.

Exemplar verborum tertiæ Speciei; ac primò eorum, quæ deſinunt in tertia perſona ſingulari Præteriti in ցոյց.

Præſens.

կացուցես	Conſtituis.
կացուցէ	Conſtituit.
Plur.	***Plur.***
կացուցեմք	Conſtituimus.
կացուցէք	Conſtituitis.
կացուցեն	Conſtituunt.

Imperfectum.

կացուցէի	Conſtituebam.
կացուցէիր	Conſtituebas.
կացուցէր	Conſtituebat.
Plur.	***Plur.***
կացուցէաք	Cōſtituebamus.
կացուցէիք	Conſtituebatis.
կացուցէին	Conſtituebant.

Præteritum.

կացուցի	Conſtitui.

կա-

կացուցեր	Conſtituiſti.
կացոյց	Conſtituit.

Plur.	*Plur.*
կացուցաք	Conſtituimus.
կացուցէք	Conſtituiſtis.
կացուցին	Conſtituerunt.

Futurum.

կացուցից	Conſtituam.
կացուսցես, vel –սջիս	Conſtitues.
կացուսցէ	Conſtituet.

Plur.	*Plur.*
կացուսցուք	Conſtituemus.
կացուսցէք, vel –սջիք	Conſtituetis.
կացուսցեն	Conſtituent.

Imperatiuus.

կացոյ	Conſtitue.

Plur.	*Plur.*
կացուցէք	Conſtituite.

Infinitiuus.

կացուցել	Conſtituere.

Aliud exemplar verborum tertiæ Speciei, eorum ſcilicet, quæ deſinunt in tertia perſona ſingulari Pręteriti in ոյց omiſſo primo ց.

Præſens.

մատուցեմ	Offero.
մատուցես	Offers &c.

Cætera iuxta formam aliorum.

Imperfectum.

մատուցէի	Offerebam.

մա-

մատուցեիր	Offerebas &c.

Præteritum.

մատուցի	Obtuli.
մատուցէր	Obtuliſti.
մատոյց	Obtulit.
Plur.	*Plur.*
մատուցաք	Obtulimus.
մատուցեք	Obtuliſtis.
մատուցին	Obtulerunt.

Futurum.

մատուցից	Offeram.
մատուսցէս	Offeres.
մատուսցե	Offeret.
Plur.	*Plur.*
մատուսցուք	Offeremus.

մատուսցէք	Offeretis.
մատուսցեն	Offerent.

Imperatiuus.

մատոյ	Offer.
Plur.	*Plur.*
մատուցէք	Offerte.

Infinitiuus.

մատուցել	Offerre.

AD tres iſtas Verborum Species ſub allatis exemplaribus expreſſas, licet referri commodè poſſint omnia Verba, quę ſub hoc ſecundo Coniugationum genere continentur, exceptis ijs, quę ſunt

ſunt Anomala; attamen quoniam reperiuntur non pauca verba, deſinentia in tertia perſona ſingularis pręſẽtis in անէ, cuiuſmodi ſunt տեսանէ Videt, մատուցանէ Offert, ելանէ Aſcendit, բազմացուցանէ Multiplicat, quæ omnia videntur tantiſper deflectere in futuro ab ea coniugandi forma, quæ in ijs exemplaribus propoſita eſt, ſubijciam propterea huiuſmodi verborum exemplar, quò faciliùs, & promptiùs cætera omnia inflecti poſſint.

Exemplar verborum deſinentium in tertia perſona ſingulari præſentis in անէ.

Præſens.

սերմանեմ Semino.
սերմանես Seminas &c.

Reliqua ad imitationem ſuperiorum.

Præteritum.

սերմանեցի	Seminaui &c.

Futurum.

սերմանիցեմ	Seminabo.
սերմանիցես	Seminabis.
սերմանիցէ	Seminabit.
Plur.	*Plur.*
սերմանիցեմք	Seminabimus.
սերմանիցէք	Seminabitis.
սերմանիցեն	Seminabunt.

Imperatiuus, & Infinitiuus iuxta formam exemplaris primæ ſpeciei.

DE

De Verbis Anomalis ſecundæ Coniugationis.

CAPVT VIII.

IN hac etiam ſecunda Coniugatione, quemadmodum & in prima iam obſeruauimus, contingunt multa verba, quæ in tertia perſonâ ſingulari Pręteriti aſſumunt in initio dictionis litteram ե, deficiuntque in fine; cuiuſmodi ſunt հանէ Educit, հարկէ Percutit, պագնէ Oſculatur, ցուցէ indicat, quorum præterita ſunt եհան Eduxit, եհար Percuſſit, եպագ Oſculatus eſt, եցոյց Indicauit; quæ propterea inter anomala, & irregularia connumerantur; quorum exemplar ſit ſequens verbum.

Exemplar verborum ſecundę Coniugationis, quæ in principio tertiæ perſonæ ſingularis præteriti aſſumunt litteram է.

Præſens.

Հարեմ	Percutio.
Հարես	Percutis.
Հարէ	Percutit.
Plur.	*Plur.*
Հարեմք	Percutimus.
Հարէք	Percutitis.
Հարեն	Percutiunt.

Imperfectum.

Հարէի	Percutiebam.
Հարէիր	Percutiebas.
Հարէր	Percutiebat.

Plur.

Plur.	*Plur.*
Հարեաք	Percutiebamus.
Հարեիք	Percutiebatis.
Հարեին	Percutiebant.

Præteritum.

Հարի	Percuſſi.
Հարէր	Percuſſiſti.
եհար	Percuſſit.

Plur.	*Plur.*
Հարաք	Percuſſimus.
Հարեք	Percuſſiſtis.
Հարին	Percuſſerunt.

Futurum.

Հարից	Percutiam.
Հարցես	Percuties.
Հարցե	Percutiet.

Plur.	*Plur.*
Հարցուք	Percutiemus.
Հարցէք	Percutietis.
Հարցեն	Percutient.

Imperatiuus.

Հար	Percute.
Plur.	*Plur.*
Հարէք	Percutite.

Infinitiuus.

Հարել	Percuttere.

SVnt præterea alia verba huius ſecundę Coniugationis, quæ non aſſumunt quidem in principio tertiæ perſonæ ſingularis præ-

præteriti litteram է, deficiunt nihilominus in fine; cuiuſmodi ſunt աւծէ Vngit, ածէ adducit, ելանէ Eggreditur, համբերէ Suſtinet, expectat ստեղծէ Creat, արկանէ Proijcit, սպանանէ Trucidat, & huiuſmodi alia, quorum præterita ſunt աւծ Vnxit, ած adduxit, ել Egreſſus eſt, vel aſcendit; համբեր Expectauit, ստեղծ Creauit, արկ Proiecit, սպան Occidit. Pro quibus omnibus aptè inflectendis ſequens exemplar deſeruiat.

Exemplar verborum ſecundę Coniugationis, quæ in fine tertiæ perſonæ ſingularis præteriti deficiunt.

Præſens.

աւծեմ, vel օծանեմ	Vngo.
աւծես	Vngis &c.

Im-

Imperfectum.

աւծեի	Vngebam.
աւծեիր	Vngebas &c.

Præteritum.

ա̊ւծէ	Vnxi.
ա̊ւծէր	Vnxiſti.
ա̊ւծ	Vnxit.

Plur.	*Plur.*
ա̊ւծաք	Vnximus.
ա̊ւծեք	Vnxiſtis.
ա̊ծին	Vnxerunt.

Futurum.

ա̊ւծից	Vngam.
ա̊ւծցես	Vnges.
ա̊ւծցե	Vnget.

Plur.

Plur.	*Plur.*
աւծ-ցուք	Vngemus.
աւծ-ցէք	Vngetis.
աւծ-ցեն	Vngent.

Imperatiuus.

աւծ	Vnge.
Plur.	*Plur.*
աւծ-էք	Vngite.

Infinitiuus.

աւծ-էլ	Vngere.

Coniugatio Verbi դնել.

Præſens.

դնեմ	Pono.

դնես

դնես	Ponis &c.

Imperfectum.

դնէի	Ponebam.
դնէիր	Ponebas &c.

Præteritum.

եդի	Poſui.
եդեր, եդիր	Poſuiſti.
եդ	Poſuit.
Plur.	*Plur.*
եդաք	Poſuimus.
եդիք	Poſuiſtis.
եդին	Poſuerunt.

Futurum.

Եդից	Ponam.
դիցես	Pones.

դիցէ	Ponet.
Plur.	*Plur.*
դիցուք	Ponemus.
դիցէք	Ponetis.
դիցեն	Ponent.

Imperatiuus.

դիր	Pone.
Plur.	*Plur.*
դիք	Ponite.

Infinitiuus.

դնել	Ponere.

Coniugatio Verbi անել ſeu առնել.

Præſens.

անեմ, և առնեմ	Facio.

ենես, vel առնես	Facis &c.

Imperfectum.

առնեի	Faciebam.
առնեիր	Faciebas &c.

Præteritum.

արարի	Feci.
արարեր	Feciſti.
արար	Fecit.
Plur.	*Plur.*
արարաք	Fecimus.
արարէք	Feciſtis.
արարին	Fecerunt.

Futurum.

արարից	Faciam.
արասցես, vel առնիցես	Facies.
արասցէ, vel առնիցէ	Faciet.
	Plur.

Plur.	*Plur.*
արասցուք	Faciemus.
արասջիք, vel առնիցէք	Facietis.
արասցեն, vel առնիցեն	Facient.

Imperatiuus.

արայ	Fac.
Plur.	*Plur.*
արարէք	Facite.

Infinitiuus.

ենել, vel առնել	Facere.

Coniugatio Verbi լսել.

Praſens.

լսեմ	Audio.
լսես	Audis.

լսէ	Audit.
Plur.	*Plur.*
լսեմք	Audimus.
լսէք	Auditis.
լսեն	Audiunt.

Imperfectum.

լսէի	Audiebam.
լսէիր	Audiebas.
լսէր	Audiebat.
Plur.	*Plur.*
լսէաք	Audiebamus.
լսէիք	Audiebatis.
լսէին	Audiebant.

Præteritum.

լուայ	Audiui.
լուար	Audiuiſti.
լուաւ	Audiuit.
	Plur.

Plur.	*Plur.*
Լուաք	Audiuimus.
Լուարուք	Audiuiſtis.
Լուան	Audiuerunt.

Futurum.

Լուայց	Audiam.
Լուիցես	Audies.
Լուիցէ	Audiet.
Plur.	*Plur.*
Լուիցուք	Audiemus.
Լուիցէք	Audietis.
Լուիցեն	Audient.

Imperatiuus.

Լուր	Audi.
Plur.	*Plur.*
Լուարուք	Audite.

Inſi-

Infinitiuus.

լսել	Audire.

Coniugatio Verbi ուտել.

Præſens.

ուտեմ	Edo.
ուտես	Edis.
ուտէ	Edit.
Plur.	*Plur.*
ուտեմք	Edimus &c.

Imperfectum.

ուտէի	Edebam.
ուտէիր	Edebas.
ուտէր	Edebat.
Plur.	*Plur.*
ուտէաք	Edebamus.

Præ-

Præteritum.

կերայ	Edi.
կերար	Ediſti.
եկեր	Edit.

Plur.	*Plur.*
կերաք	Edimus.
կերայք	Ediſtis.
կերան	Ederunt.

Futurum.

ուտից, vel կերից	Edam.
ուտիցես, vel կերիցես	Edes.
ուտիցէ, vel կերիցէ	Edet.

Plur.	*Plur.*
ուտիցուք, vel կերիցուք	Edemus.
ուտիցէք, vel կերիջիք	Edetis.
ուտիցեն, vel կերիցեն	Edent.

Impe-

Imperatiuus.

Կերայ	Ede.
Plur.	*Plur.*
Կերայք	Edite.

Infinitiuus.

ուտել	Edere.



De

De tertio Verborum Ordine, eiuſque Speciebus.

CAPVT IX.

TERTIA Coniugatio verſatur circa ea verba, quorum tertia perſona ſingularis Pręſentis deſinit in ի; cuiuſmodi sũt նստի Sedet, pſal. 9. u. 29. դատի Iudicat, pſ. 7. u 8. թռչի Volat, pſ. 90. u. 5. ողորմի Miſeretur, pſal. 36. uerſ. 19. կամի Vult Ibid: u. 21. խորհի Meditatur Ibid. u. 23. հալի Diſſoluitur, pſal. 57. u. 7., & huiuſmodi alia.

SVB hac Coniugatione continentur tres verborum ſpecies, quarum duæ primæ paucis inter ſe diſcrepant, vt conſtabit in exemplaribus, quæ adducentur.

PRima ſpecies eſt eorum Verborum, quæ deſinunt in tertia perſona ſingulari Ptæteriti in եաւ, quorũ exempla ſunt զարթեաւ Excitatus eſt, pſal. 77. u. 67.

ծանեաւ Cognouit, pſ. 90. *մատեաւ* Acceſſit Matt. 8. *յարեաւ* Surrexit Luc. 24. *կորեաւ* perijt, pſ. 9. u. 5. & alia multa.

SEcunda ſpecies ea complectitur verba, quorum tertia perſona ſingularis Præteriti deſinit in *աւ* purum, quæ ſcilicet non admittunt ſemiuocalē *ե* ante *աւ*; cuiuſmodi ſunt *նստաւ* Sedit, pſ. 46. u. 8. *ծնաւ* peperit, genuit, pſ. 7. u. 15. *սկսաւ* Cœpit Matt. 11. *ուսաւ* didicit, *հանգաւ* Conquieuit, & id genus quamplurima.

TErtia, & vltima ſpecies ea continet verba, quæ deſinunt in tertia perſona ſingulari Præteriti in *ցաւ* præcedente ſemiuocali *ե*; huius generis ſunt *խռովեցաւ* Indignatus eſt, pſ. 30. u. 9. *խօսեցաւ* loquutus eſt, pſal. 11. u. 2. *կամեցաւ* Voluit, pſal. 17. u. 20. *ողորմեցաւ* Miſertus eſt, pſal. 29. u. 10. *հաստատեցաւ* firmata eſt, pſal. 37. u. 2. *անօրինեցաւ* malignatus eſt, pſal. 73. u. 4., & huiuſmodi alia.

Exem-

Exemplar verborum primæ ſpeciei, quæ deſinunt in tertia ſingulari Præteriti in եաւ.

Præſens.

ճանաչիմ	Cognoſco, ſcio.
ճանաչիս	Cognoſcis.
ճանաչի	Cognoſcit.
Plur.	*Plur.*
ճանաչիմք	Cognoſcimus, ſcimus.
ճանաչիք	Cognoſcitis.
ճանաչին	Cognoſcunt.

Imperfectum.

ճանաչէի	Cognoſcebam.
ճանաչէիր	Cognoſcebas.
ճանաչէր	Cognoſcebat.
Plur.	*Plur.*
ճանաչէաք	Cognoſcebamus.

Ծանէիք	Cognoſcebatis.
Ծանէին	Cognoſcebant.

Præteritum.

Ծանեայ	Cognoui.
Ծանեար	Cognouiſti.
Ծանեաւ	Cognouit.
Plur.	*Plur.*
Ծանեաք	Cognouimus.
Ծանէրուք	Cognouiſtis.
Ծանեան	Cognouerunt.

Futurum.

Ծանեայց	Cognoſcam.
Ծանիցես	Cognoſces.
Ծանիցէ	Cognoſcet.
Plur.	*Plur.*
Ծանիցուք	Cognoſcemus.
Ծանիցիք, vel // ջիք	Cognoſcetis.

Ծանիցեն	Cognoſcent.

Imperatiuus.

Ծանիր	Cognoſce, ſcito.
Plur.	*Plur.*
Ծանէրուք	Cognoſcite, ſcitote.

Infinitiuus.

Ծանիլ	Cognoſcere, ſcire.

ADuertendum eſt hoc loco, reperiri nonnulla verba, quæ inter radicales præſentis habent չ, cuiuſmodi ſunt երկնչի Timet, փախչի Fugit: quę quidem verba illud deperdunt in præterito, & futuro; format enim præteritum երկեաւ, փախեաւ, Futurum verò, երկիցէ, փախիցէ.

Aduertendũ ſecundò, eſſe aliqua verba huius ſpeciei, quæ aliter formant Imperatiuum,

ratiuum ; à verbo enim *յառնի* Surgit, fit Imperatiuus, *առնի* Exurge, & plurale *յառնիք* Surgite.

Exemplar verborum ſecundæ Speciei, quæ deſinunt in tertia ſingulari Præteriti in *ու* purum:

Præſens.

նստիմ	Sedeo.
նստիս	Sedes.
նստի	Sedet.
Plur.	*Plur.*
նստիմք	Sedemus.
նստիք	Sedetis.
նստին	Sedent.

Imperfectum.

նստէի	Sedebam.
նստէիր	Sedebas.

Նստ

նստէր	Sedebat.
Plur.	*Plur.*
նստէաք	Sedebamus.
նստէիք	Sedebatis.
նստէին	Sedebant.

Præteritum.

նստայ	Sedi.
նստար	Sediſti.
նստաւ	Sedit.
Plur.	*Plur.*
նստաք	Sedimus.
նստարուք	Sediſtis.
նստան	Sederunt.

Futurum.

նստայց	Sedebo.
նստցիս	Sedebis.
նստցի	Sedebit.
	Plur.

Plur.	*Plur.*
նստցուք	Sedebimus.
նստջիք	Sedebitis.
նստցին	Sedebunt.

Imperatiuus.

նիստ	Sede.
Plur.	*Plur.*
նստարուք	Sedete.

Infinitiuus.

նստիլ	Sedere.

Appendix.

ADuertendum primò, ex huiuſmodi Verborum Ordine eſſe aliqua, quę in tertia ſingulari Præſentis habent litteram Ն; quam litteram in Præterito, & futuro

turo deperdunt, vt accidit in verbis մեռանիլ, & անկանիլ, quorum præterita tempora ſunt մեռաւ Mortuus eſt Io. 8., & անկաւ Cecidit, pſal. 104. u. 37. ſutura verò ſunt մեռցի Morietur, pſ. 40. 5., & անկցի Cadet Exod. 15. 19.

Obſeruandũ ſecundò eſſe nonnulla alia eiuſdem generis verba, quæ eandem litteram ն retinent in præterito, & futuro, vt contingit in mox allato exemplo verbi ծանիլ Cognoſcere, à quo fit ծանեաւ, Cognouit, pſal. 90. 14., & fut. ծանիցեն ibid. u. 6., & itidem in verbo ծնիլ Parere, à quo fit præt. ծնաւ Peperit Luc. 12. futurum autem ծնցի Pariet.



Exemplar verborum, tertiæ Speciei, quæ in tertia ſingulari Præteriti deſinunt in եցաւ.

Præſens.

խաւսիմ	Loquor.
խաւսիս	Loqueris.
խաւսի	Loquitur.
Plur.	*Plur.*
խաւսիմք	Loquimur.
խաւսիք	Loquimini.
խաւսին	Loquuntur.

Imperfectum.

խօսէի	Loquebar.
խօսէիր	Loquebaris.
խօսէր	Loquebatur.
Plur.	*Plur.*
խօսէաք	Loquebamur.

խօ-

խօսէիք	Loquebamini.
խօսէին	Loquebantur.

Præteritum.

խաւսեցայ	Locutus ſum.
խաւսեցար	Locutus es.
խաւսեցաւ	Locutus eſt.
Plur.	*Plur.*
խաւսեցաք	Locuti ſumus.
խաւսեցայք	Locuti eſtis.
խաւսեցան	Locuti fuerunt.

Futurum.

խօսեցայց	Loquar.
խօսեսցիս, vel խօսիցիս	Loqueris.
խօսեսցի, vel խօսիցի	Loquetur.
Plur.	*Plur.*
խօսեսցուք, vel խօսիցիմք	Loquemur.
խօսեսջիք, vel խօսիցիք	Loquemini.

խօսեսցին և ճառիցին	Loquentur.

Imperatiuus.

խաւսեայ	Loquere.
Plur.	*Plur.*
խօսեցարուք	Loquimini.

Infinitiuus.


խօսիլ	Loqui.

Appendix.

Paſſiua verborum omnium perfectorum ſecundæ Coniugationis ſequuntur formam exemplaris prędicti; ab actiuis enim exempli gratia *սիրէ* amat, *մկրտէ* Baptizat, *միաւորէ* Vnit, fiunt paſſiua *սիրի* amatur, *մկրտի* Baptizatur, *միաւորի* Vnitur; mutata vltima vocali *է* in vocalem *ի*; a quibus deinde deducuntur præterita paſſiua

ua *սիրեցաւ* &c. amatus eſt, *մկրտեցաւ* Baptizatus eſt, *միաւորեցաւ* Vnitus eſt &c.

Ea autem verba quæ in futuro ſingulari verbi actiui deſinunt in *իցէ*, formant paſſiuum in *կիցի*: qua ratione à futuro actiuo *արձակիցէ* dimittet, formatur futurum paſſiuum *արձակիցի* dimittetur; & ab *դատիցէ* Iudicabit, fit futurum paſſiuum *դատիցի* Iudicabitur; non verò *արձակեսցի*, *դատեսցի*, iuxta formam dicti exemplaris.



De

De Verbis Anomalis tertiæ Coniugationis.

CAPVT X.

ANTEQVAM deſcendam ad Anomala verba huius Coniugationis, proferamque eorum exemplaria, ſicuti hactenus præſtitum eſt alijs in coniugationibus, Obſeruandum eſt, Eſſe aliqua verba, quæ ſub eadem verbi ſignificatione duplicem admittunt formam; alteram, quæ in իլ deſinit, iuxta quam ſunt tertiæ Coniugationis; alteram, quæ in անել terminatur, iuxta quam ſunt ſecundæ: horum enim verborum ոտեսանել, գտանել, ելանել eadem eſt ſignificatio cum illa, quæ ſubeſt hiſce alijs ոտեսնիլ, գտնիլ, ելնիլ, licet diuerſæ ſint formæ, & coniugationes.

Sunt inſuper nonnulla alia verba, quæ modò deſinunt in իլ, modò in ուլ in variata tamen vtrobique verbi ſignificatione; inue-

inuenies enim թողանիլ, & թողուլ Derelinquere; առանիլ, & առնուլ Accipere, ջեռանիլ, & ջեռնուլ Calefieri, լնանիլ, & լնուլ replere, & huiuſmodi alia, quę quidem erunt Coniugationis tertiæ, ſi primam habeant terminationem; erunt verò quartæ, ſi ſecundam, prout ſuo loco dicetur.

Hoc genus verborum appellarem ego Mixtæ Coniugationis; propterea quòd huiuſcemodi verba in aliquibus temporibus ſequantur formam vnius Coniugationis, in aliquibus verò alteram: idque accidit, quia vtræque formæ huiuſmodi verborum imperfectæ vt plurimùm ſunt, nec admittunt ſemper omnia tempora, & modos, qui uerbò accidunt; ſed altera earum eget auxilio alterius, mutuanturque inuicem modò Præſenstempus, uel Imperfectum, modò uerò Præteritum, uel Imperatiuum. Clarum id fiet exemplo uerborum տեսանիլ, & տեսանել, quorum uerborū diuerſæ ſunt formæ, diuerſæ Coniugationes, ſed una, &

eadem

eadem ſignificatio: ab տեսնիլ enim non dices in Præſenti տեսնիմ, տեսնիս, տեսնի &c. Video, vides, videt; neq; in imperfecto տեսնեի, տեսնեիր &c. Videbam, videbas; quia huiuſmodi formæ non ſunt in uſu; Sed dices in præſenti տեսանեմ, տեսանես, տեսանէ, & in Imperfecto տեսանեի, տեսանեիր &c. mutuo deſumens duo hæc tempora à verbo տեսանել, quod eſt ſecundæ Coniugationis: E contrà verò à verbo տեսանել non dices in præterito տեսանեցի, տեսանեցեր &c. Vidi, vidiſti; neque dices in Imperatiuo տեսանեայ Vide, & in plurali տեսանեցէք Videte, iuxta formam præſcriptã in verbis in անել deſinentibus; ſed dices in Præterito տեսի, տեսիր, ետես &c. & in Imperatiuo տես, & in plurali տեսէք, ſicuti colligere potes ex iam dictis ibidem, & colligi etiã poteſt ex exemplaribus, quę mox afferentur, mutuatis ſcilicet prçterito tempore, & Imperatiuo modo à տեսնիլ, cuius nunc coniugationem

aggre-

aggredimur; quod idem dicendum eſt de verbo մոռնիլ, & մոռանել.

Exemplar Verborum Anomalorum tertiæ Coniugationis, quæ in tertia ſingulari Præteriti aſſumunt ե in principio, deficiuntque in fine.

HVius generis verba plurima contingunt in Armena Lingua, cuiuſmodi ſunt հասանիլ Peruenire, թողնիլ Derelinquere, կլնիլ Deglutire, գտանիլ Reperire, quorum præterita tempora ſunt եհաս peruenit, եթող Dereliquit, եկուլ deglutiuit, եգիտ Inuenit pro quorum omnium exemplari deſeruiet præſens verbum տեսանիլ.

Præſens, & imperfectum tempus huius verbi mutuo deſumuntur à verbo տեսանել.

Præteritum.

տեսի	Vidi.
տեսեր	Vidiſti.
ետես	Vidit.
Plur.	***Plur.***
տեսաք	Vidimus.
տեսէք	Vidiſtis.
տեսին	Viderunt.

Futurum.

տեսից	Videbo.
տեսցես	Videbis.
տեսցէ	Videbit.
Plur.	***Plur.***
տեսցուք	Videbimus.
տեսցէք, vel տեսջիք	Videbitis.
տեսցեն	Videbunt.

Imperatiuus.

տես Vide.

Plur. *Plur.*

տեսէք Videte.

Infinitiuus.

տեսանել Videre.

Appendix.

ետես Vidit: hæc eſt tertia perſona ſingularis Præteriti, quæ in penultima habet ſemiuocalem ե.

Verùm non ſemper eo loco reperies ſemiuocalem ե, ſed reperies aliquando vocalem ա, vt in verbo հասանել Peruenire, cuius præteritum eſt եհաս peruenit, aduenit, Matt. 26., & in verbo առնել, vel cuius præt. eſt եառ[illegible].

Aliquando verò ibidem comperies vocalem *ի*, vt in his verbis *գտանիլ* Reperire, & *լնիլ* implere, à quibus fiunt tertiæ perſonæ ſingulares Præteriti *եգիտ* Inuenit, pſ. 83. u. 3. & *ելից* repleuit, pſ. 79. u. 10.

Interdū etiam ponitur eo loci ſimplex *ո*, vt in verbo *թողնիլ* derelinquere, cuius tertia præteriti ſingularis perſona eſt *եթող* reliquit, pſ. 104. 12.

Nonnunquam verò ponitur vocalis *ո* affecta ſemiuocali *ւ*, hoc modo *ու*, vt in his verbis *մտանիլ* ingredi, *կլնիլ* deglutire, à quibus formantur tertiæ perſonæ ſingulares Præteriti, *եմուտ* Ingreſſus eſt Gal. 4. ; & *եկուլ* deglutiuit; pſal. 105. u. 7.

տեսի Vidi prima perſona præt ſingul. pro cuius formatione notandum, quòd huiuſmodi verba in *նիլ* deſinentia, quæ in tertia ſingul. præt. aſſumunt in principio vocalem *ե*, vel ante litteram *ն* habent immediatè aliam conſonantem, præ-

ter

ter illam, quæ eſt principium, & caput verbi, vel certè non habent; ſi habent, deperditur abſolutè littera ն, vniturque pręcedens conſonans vocali ի, vt in dicto verbo տեսնիլ, à quo fit prima perſona pręt. տեսի; quod etiam contingit in his aliis verbis գտնիլ, ելնիլ, իջնիլ, թողնիլ, à quibus fiunt primæ perſonæ ſingulares præteriti, գտի Inueni, ելի aſcendi, իջի deſcendi թողի dereliqui. Si verò ante litteram ն non habeant aliam conſonantem, mutatur littera ն in litteram ց, vniturque dicta littera ց vocali ի; clarum id fiet exemplo verbi լնիլ, cuius prima perſona ſing. Præt. eſt լցի mutato ն in ց, propterea quod ante litteram ն non eſt alia conſonans præter eam, quæ eſt principium dictionis.

: տեսից Videbo : prima perſona futuri, quæ formatur à prima Præteriti addito ց; qua ratione etiam ab գտի inueni, dices in prima futuri գտից Inueniam; ab թողի dereliqui, dimiſi, dices in futuro

թող-

թողից deſeram, derelinquam &c.

Eodem modo formantur ea, quæ mutant litteram ն in ց; ab լցի enim formatur prima perſona futuri լցից replebo. Tota varietas conſiſtit in cæteris eiuſdem futuri perſonis, in quibus duplicatur littera ց, quod non contingit in alijs verbis; dices enim լցցես, լցցէ, լցցուք, լցցէք, լցցեն Replebis, replebit, replebimus, replebitis, replebunt, duplicando vbique litteram illam ց, cuius rei ratio eſt, quia vna ſtat loco litteræ ն, altera uero eſt formatiua futuri.

տես Vide: Modus imperatiuus, qui deducitur à tertia perſona ſingulari Præteriti, ſublata uocali ե, quæ aſſumitur initio dictionis; ſic ab եթող reliquit, fiet Imperatiuus թող relinque, Matth. 5. ab եգիտ dices in imperatiuo գիտ, inueni: ab ելից repleuit, deduces imperatiuum լից Reple, pſal. 82. 19., & ſic de reliquis.

տեսէք Videte Imperatiuus pluralis, qui

qui deſumitur à ſecunda perſona plurali Præteriti ; atque ita ab գտանիլ dices in ſecunda perſona plurali Præteriti , & in Imperatiuo plurali գտէք Inueniſtis, vel inuenite; ab առանիլ accipere dices առէ-ք accepiſtis, & accipite, & ſic de alijs.

Paſſiua huius modi verborum, quæ in capite tertiæ perſonæ ſing. Præt. coniugabuntur aſſumunt vocalem ե coniugabũtur iuxta formam exemplaris verborum perfectorum ſecundæ ſpeciei ; à verbis enim գտանիլ, տեսանիլ, լնիլ, quorum tertiæ perſonæ ſing. præteriti ſunt, եգիտ Inuenit, ետես Vidit, ելից repleuit, fiunt paſſiua , գտաւ inuentus eſt, տեսաւ viſus eſt, լցաւ repletus eſt, & in futuro paſſiuo dicetur, գտցի reperietur ; տեսցի videbitur, լցցի replebitur, &c.

Eadem ratio formandi paſſiua obſeruãda eſt in verbis Anomalis ſecundæ, & quartæ Coniugationis ; quæ in tertia ſingulari præt. aſſumunt ե in principio exemplum pro verbis ſecundæ Cõiugationis erit Հա-

րել

րել Percuttere, à quo fit præt. actiuum եհար Percuſſit, & fut. հարցէ percutiet cuius præt. paſſ. erit հարաւ Percuſſus eſt, & fut. հարցի percutietur. Exemplum uerò pro Quarta erit լնուլ cuius præteritum actiuum eſt ելից, vt mox dicetur, paſſiuum autem լցաւ: futurum verò actiuum լցցէ, & paſſiuum լցցի.

Aliud exemplar eorundem verborum, quæ in tertia ſingulari Preteriti aſſumunt in initio vocalem ե, & deficiunt in fine, & inſuper mutant litteram ն in ց.

LIcet ex iam dictis in Appēdice ſuperioris Exemplaris colligi cōmodè poſſit, quænam ſint ea uerba, quæ mutant litteram ն in ց, quæue ſit ratio eadem coniugandi; attamen, ut faciliùs quiſque aſſequatur quæ ibidem dicta fuere, ſubijciam oculis ipſius exemplar uerbi լնիլ, in quo tan-

tanquam in ſpeculo, res tota clariùs conſpicietur.

Præſens, et Imperfectum.

Præſens tẽpus, & Imperfectũ deſumuntur à լնուլ, quod eſt eiuſdem ſignificationis, diceturque in Præſenti լնում, լնուս, լնու Impleo, imples, implet, &c., & in Imperfecto լնուի, լնուիր, լնոյր Implebam, implebas, implebat, &c. ad imitationem eorũm, quæ dicentur, cum de Quarto Verborum ordine agetur.

Præteritum.

լցի	Impleui.
լցեր	Impleuiſti.
ելից	Impleuit.
Plur.	*Plur.*
լցաք	Impleuimus.
լցէք	Impleuiſtis.

լցին Impleuerunt.

Futurum.

լցից	Implebo.
լցցես	Implebis.
լցցէ	Implebit.
Plur.	*Plur.*
լցցուք	Implebimus.
լցցէք	Implebitis.
լցցեն	Implebunt.

Imperatiuus.

լից	Imple.
Plur.	*Plur.*
լցէք	Implete.

Infinitiuus.

լնուլ Implere.

Quo-

Quoniam in fine ſuperioris exemplaris notauimus, huiuſmodi verborum paſſiua inflecti ea ratione qua inflectuntur verba ſecundæ ſpeciei huius Coniugationis tertiæ; Obſeruandum hoc loco, ea verba, in quorum futuro actiuo duplex *gg* contingit, vt in præſenti exemplo verbi *L ſh L*, à quo fit futurum actiuum *L ggb* Replebit, retineri illud idem duplex *gg* in paſſiuo, formando *L ggſu* Repleberis, *L ggb* replebitur, &c.

Exemplar Verborum Anomalorum tertiæ Coniugationis, quæ in tertia ſing. Preteriti deficiunt in fine dictionis.

DEſeruiet pro exēplari huiuſmodi Verborū, verbum *b L ſh*, cuius Præſens, & Imperfectum deſumetur à verbo *b L u. ſb L*, iuxta ea quæ dicta ſunt de huiuſcemodi verbis duplicem formam admittentibus Capite decimo huius Libri.

Præteritum.

ելի	Aſcendi, vel exij.
ելեր	Aſcendiſti.
ել	Aſcendit, vel exijt.
Plur.	*Plur.*
ելաք	Aſcendimus.
ելէք	Aſcendiſtis.
ելին	Aſcenderunt.

Futurum.

ելից	Aſcendã, vel eggre-(diar.
ելցես	Aſcendes.
ելցէ	Aſcendet.
Plur.	*Plur.*
ելցուք	Aſcendemus.
ելցէք	Aſcendetis.
ելցեն	Aſcendent.

Impe-

Imperatiuus.

ել Aſcende, vel eggre-(dere.

Plur. *Plur.*

ելէք Aſcendite.

Infinitiuus.

ելնիլ Aſcendere, vel eg-(gredi.

Appendix.

ելի Aſcendi: prima perſona ſing. Præt. pro cuius formatione legenda ſunt ea quę dicta ſunt de formatione primæ perſonæ Præteriti eorum verborũ, quæ aſſumunt in principio tertię perſonę eiuſdem pręteriti, vocalem է; in Appendice verbi առնիլ.

ել Aſcendit: tertia perſona ſing. Præt. ſiue etiam Imperatiuus modus ſingul; in huiuſmodi enim verbis, tertia præt. ſingul.

pro

